Hic agitur de lumine & de eius natura. Dicēs Lumen eſt actus & ꝑfectio ꝑſpicui qua perſpicuū eſt & nō in eo ꝙ aqua aut aer eſt. Alia em̄ preſtancior aque & aeris ꝑfectio eſt. At lumen eſt color quoddāmō ꝑſpicui quia non ꝓprie aerem colorat. ut candor niuem ſed eum uiſibilem facit ſicut color corpora. Lumen non eſt ignis nec ſol nec corpus nec corporis defluxus, ut Democritus putabat. quia ſic aliud nihil eſſet lumen q̄ p̄ſentia ignis aut aliqđ hmōi corpis in diaphono. quare penetraret corpus Et ſic duo corpora eundem locū occuparent qđ irrationabile eſt Etiā ſequereť ꝙ aer acceſſione luminis corpulētior



& plenior euaderet q̄ cū in tenebris eſt cuius contrariū cernitur. Præterea cum tenebre nihil aliud ſint q̄ ſiderū abſentia in corpe perſpicuo. igiť lumē nihil aliud eſſe poſſit q̄ illorum præſentia. Poſtremo ſi lumen eſſet corpus cunctatiōe aliqua neceſſario' moue reť ſed cōtrariū uidemus ꝙ moueť in inſtanti ergo non eſt cor/ pus. Ad hanc rōnem Empedocles rn̄dit ꝙ lumen nō ſubito moueretur ſed ſuc/ ceſſiue quia lumē ſolis prius ad ꝑtes terre ortui ꝓpiores ꝑueniret anq̄ ſplendor ꝑ vniuerſum ſpargereť ſed id pernicitate motus ſenſu perſpici nō poſſe. ſed res tota ficticia eſt cui tum racio. tū expimenta reclamant. Præterea ſi intercapedo mo/ dica. aut lumen exiguum eſſet poſſit latere ſenſum ſed non rationem At nūc ab oriente in occidens tam im̄enſo itinere & tā uaſti corpis motum ſenſu deprehēdi nō poſſe eſt difficile creditu. Tunc ibi (At qui coloris) dicit ꝙ perſpicuū eſt ſuſce ptiuū coloris eoꝙ color eſt motiuus ꝑſpicui Nā ſicut ſe habet aer ad ſonū ita per ſpicuū ad colorē ſed aer expers ſoni eſt ſuſceptiuus ſoni ergo perſpicuū expers co loris eſt ſuſceptiuus eiuſdem. Minor patet quia om̄e ſuſcipiēs debet eſſe denu/ datū a natura ſuſcepti. Quāobrem aer colore uacat ſed cū lumen aeri ingruit eo ꝙ actus ꝑſpicuus fit tunc lumen pro colore aeri ineſt & quoddāmō uiſibilis eſt & cauſa quare cetera uideanť Sed cū aer potencia uiſibilis ē tūc tenebre uicē coloris ſupplent & inuiſibiles nobis ſunt & culpam habent ne alia cōtueri poſſumus igiť ſiue luminoſū ſiue tenebroſum corpus ꝑſpicuū ſit eadē ſemꝑ ſubiecta natura eſt ſicut idem eſt ſubiectū cū quis uidet & poſtea captus oculis cecutit.

At uero nō vniuerſa viſibilia in lumine ſunt uiſibilia ſed ſolū vniuſcu iuſq; proprius color Nōnulla namq; in lumine quidem nō uidentur. tenebris aūt efficiūt ſenſum. ut ea que noctu apparēt ignea atq; ſplen dent Hec aūt nomine carent vno ut fungus: cornu: piſcium capita & ſquame & oculi. ſed nullius hoꝝ ꝓprius color videť. atq; quā ob cām hec uiſibilia ſunt alia ratio eſt.

Hic determinat de quibuſdā viſibilibus innominatis dicens nō om̄ia uiſibilia ſpectantur lumine quia ſunt nōnulle que nō ad lucē ſed in tenebris mouent uiſū ut ſunt noctu lucentia que noīe carent ut ſunt ſquame piſciū. fungi. oculi lupoꝝ &c. que nō proprio colore uidentur ſed ſolū lux illorum que eſt efficatior ad mo uendū dyaphonū q̄ color de quibus in libro de ſenſu & ſenſatu latius dicetur.

Quedā ſunt que uideť luce aliena & colore ꝓprio & iſta ſolū videnť de die.

Triplicia ſunt viſibilia

Quedā ſpectentur lumine ꝓprio & colore alieno ut ignis & iſta tam interdiu q̄ noctu uidentur.

Alia ſunt que mediū obtinent qa uidenť de die lumine alieno & colore proprio Noctu uero lumīe ꝓprio & colore alieno ut ſunt putredines quercuū & oculi lupoꝝ & fungi que uidenť ad ſolem alba. & in tene/ bris luminoſa.

**Queritur** quid ſit lumen Rn̄deť ꝙ eſt actus dyaphoni ſiue ꝑſpicui ea rōe quaperſpicuū eſt. Perſpicuū uero eſt qđ aptū natū eſt ſuſcipere lumē ſiue colorem extraneum.

Perſpicua ſūt quadruplicia nā

Quedā ſunt ſemꝑ lucentia & diffuſiua luminis ut cetera illuſtrent ut ſunt planete & alia aſtra:

Quedā uero ſuapte natura ſunt lucida ſed ſplēdorē ceteris nō cōicant ut eſt ignis elemētans Nā ſi aliis lumē impartiret aer noctu nūq̄ tene bris inuolue reť

Alia ſunt perſpicua que ex ſua natura nō ſunt luminoſa. nec alios illu/ minat vt ſunt aer aqua vitrū & ſimilia.

Alia ſunt dyaphona que tm̄ ſuꝑficialiter ſunt luminis ſuſceptiua ut ſūt corpora colorata teſte philoſopho in de ſenſu & ſenſato. Color eſt ex tremitas ꝑſpicui in corpore terminato.

**Nota** ꝙ perſpicuitas diuerſoꝝ corporū eſt eiuſdem ſpeciei quia non attribuitur
diuerſis corporibus ſecundū eorundem naturas ꝓprias ſed ſecundum aliquam
naturā cōmunē in eis repertam. Et eſt in ſecunda ſpetie qualitatis quia perſpicuū
habet naturalē potēciam ſuſcipiendi lumen .
Itē lumē eſt qualitas primi alterātis celi & ꝓcipue ſolis quo celū lumīe & influētia
agit in iſta inferiora prio met. Præterea nulla qualitas ſenſu ꝑceptibilis ē luce cla/
rior eo ꝙ cœlū eſt nobiliſſimū corpus cui ſemꝑ ineſt lumen ꝑmanenter quia fluit
ex principiis naturalibus eius quia quicquid ꝑfectionis reperitur in agentibꝰ infe
rioribus hoc perfectius in ſuperioribus reperitur ſed lumen in elementis reꝑitur
ergo perfectiori modo in celeſtibus. quāobrem aliis nō ineſt ꝑmanēter videlicet
aeri & aque eo ꝙ non fluit ex principiis propriis illorū ſed ab extrinſeco ꝑticipāte
lumen mendicant.

**Arguitur** Nulla ſubſtancia eſt qualitas ſed lux eſt ſubſtancia ergo nō qua/
litas Minor patet z. topicoꝝ ubi dicit ꝙ lux eſt quedam ſpeties
ignis ſicut ignis carbo ignis flamma & ignis lux. Præterea quicquid habet ꝓprie/
tates corporis hoc eſt corpus ſed lumen eſt huiuſmodi ergo eſt corpus Maior pa
tet quia ꝓprietas nunq̄ deſerit ſubiectū proprium. Minor probatur quia qcquid
interſecatur reflectitur frangitur eſt corpus ſed lumē eſt huiuſmōi. Maior qa hec
ſunt proprietates corporis. Solutio ad primū ꝙ Ariſtoteles locutus eſt ſecundū
opinionem quorundam qui diſtinxerūt ſpeties ignis & ergo exemplificat de illis
Exempla em̄ ponimus non ut ita ſicut ſed ut auditores eo melius intelligant prio
prioꝝ. Ad ſecundū dr̄ ꝙ ꝓfate qualitates nō cōueniunt lumini per ſe ſed ratione
ſubiecti quanti.

**Queritur** An lumē requiratur propter mediū uel ꝓpter colores in actuali
viſione Rn̄detur ꝙ lumen extrinſecum ſicut eſt lumen ſolis aut
ignis principaliter propter illuſtrationē medii requiritur quod tali raciocinatione
condemonſtratur. quelibet forma ſiue perfectio neceſſario requiritur ac ꝑficiēdū
& actuandū ſuum proprium ſubiectum in proxima diſpoſitione conſtitutū ſed
perſpicuum eſt proprium luminis ſubiectum ergo lumen requirit ꝓpter ꝑſpicuū
& quod conſequens eſt propter mediū Minor patet quia perpſicuū ſiue dyapho
num diffinitur per lumen tanq̄ per ſuum propriū actum per Ariſtotelem dicentē
perſpicuum eſt quod eſt luminis ſuſceptiuū Preterea cuicūq; conuenit per ſe apti
tudo viſibilitatis hoc ē uiſibile ſine aliquo extrinſeco ſed colori per ſe cōuenit apti
tudo uiſibilitatis ergo non ab aliquo extrinſeco videlicet lumine. Minor probat
per Ariſtotelem in textu ubi inquit ꝙ color per ſe uiſibilis eſt eo ꝙ in ſe habet cau
ſam quare uiſibilitatis ſibi ineſt abilitas. q̄uis actualiter ſine lumine non uideatur
quia oportet medium eſſe actuatum per lumen anteq̄ moueatur a colore ſi debet
fieri actualis uiſio iuxta ſentenciā phi. color eſt motiuus dyaphoni ſecundū actū
ſed dyaphonum eſt in actu per lumen ergo lumē requirit ꝓpriū mediū.

**Arguitur** Quicquid eſt de eſſentia alicuius id requiritur propter ipm̄ cu/
ius eſt eſſentia Sed lumē eſt de eſſentia coloris ergo lumē requi
ritur propter colorem. Minor probatur per phūm in libro de ſenſu & ſenſato vbi
dicit ꝙ lux & lumen eſt hypoſteſis coloris. Solutio. Duplex eſt lumen quoddam
eſt extraneum & aduenticiū ut eſt lumen ſolis & aliorū lucentium & hoc non eſt
de eſſentia coloris. eſſentia enim nūq̄ ſeꝑatur ab eo cuius eſt. Lumen aūt incidēs
ſeꝑatur tam a coloribus q̄ perſpicuo. Aliud eſt lumen intrinſecum & illud eſt de
ſubſtancia coloris quia color eſt qualitas ſecunda cauſata ex luminoſo ignis & ꝑ/
ſpicuo aeris & aque & opacitate terre & tale lumen nō requirit ꝓpter mediū ſed
ꝓpter colores.

**Arguitur** Quemadmodū ſe habet lumen intellectus agētis ad fantaſmata
ita ſe habet lumen extrinſecum ad colores Sed lumen intellectꝰ
agentis requirit ꝓpter fantaſmata ergo lumen extrinſecum propter colores Ma/
ior patet quia ſicut intellectus agens facit potencia intelligibilia actu intelligibilia
ita lumen efficit colores potēcia viſibiles actu uiſibiles Solutio ꝙ nō eſt utrobiq;
conſimilis habitudo quia fantaſmata cum ſint ſpeties rerum particulariū nō pn̄t



mouere intellectum niſi prius depurentur Sed ſic nō eſt de colore quia color per
ſe uiſibilis eſt & abſq; depuratione ſenſum moueri poſſunt quia eſt eadem forma
ſenſibilis in obiecto medio & ſenſu licet nō ſecūdū eſſe: ſed fantaſma nō ē eiuſdē
nature cum intellectu & ſpetie intelligibili igitur non eſt utrobiq; conſimilis ratio
proportionis.

Nunc tm̄ patet id inq̄ quod in lumine videt eſſe colorē quo circa ſine
lumine non uidetur. Hec eſt enim ſane coloris ratio eſſe inquam eius
motiuū quod eſt perſpicuum actu. Actus aūt perſpicuus lumen eſt uti
diximus. Id ita eſſe ex eo tanq̄ e manifeſto ſigno patere poteſt: nam ſi
quiſpiam id quod habet colorem ſuper ipm̄ viſum poſuerit nou ſane
uidebit. ſed color quidē mouet perſpicuū ut aerem ab hoc aūt cum ſit
continuus ſenſus inſtrumentū mouetur. Non enim hoc loco recte ſen
tire uidetur Democritus qui quidem putat. ſi mediū ſpatium uacuum
fiat formicā etiam ſi ſit in celo exacte perfecteq; uideri Etenim ipſum
non poteſt uiſio namq; fit paciente aliquid ſenſitiuo at ut paciatur ab
ipō colore qui uidetur fieri nequit Reſtat igitur a medio. quare neceſſe
eſt aliquod eſſe mediū inter colorem ipſum & uiſum: qđ ſi id uacuum
fiat non modo non exacte ſed neq; quicq̄ omnino uidet quā igitur ob
cauſam neceſſe eſt in lumīe colorē uidere diximus. At ignis in vtriſq;
plane uidet. in tenebris inquā atq; in lumine: id aūt neceſſario accidit.
Ipſum enim perſpicuum ab hoc ꝑſpicuū fit Eadem aūt eſt et de ſono
& de odore etiam ratio. Nihil enī ipſorum ſenſus inſtrumentū tāgens
efficit ſenſum. ſed ab odore quidē & ſono mouet mediū: ab hoc autē
vtrumq; ſenſuum inſtrumentū Quod ſi quiſpiam ſuper ipſū inſtrumē
tū ſenſus vel id quod ſonat vel id quod olet poſuerit nullus profecto
ſenſus efficietur ſimilitudo res ſeſe habet in tactu & etiā guſtu: ſed nō
apparet: quam aūt ob cauſam: poſtea dicetur ac patebit Atq; medi/
um quidem in ſonus eſt aer in odoribus aūt nomine vacat. Nā vt per
ſpicuū in calore communis eſt quidem affectus in aere atq; aqua: ſic
alius quidem in odoribus eſt affectus qui quidē ineſt in his vtriſq; in
aere inquā & aqua. Vidētur aūt & animalium ea que verſātur in aquis
ſenſum odoris habere Veꝝ homo ceterūq; animantia que degunt in
terra atq; reſpirant: nequeunt ſine reſpiratione olfacere. & cauſa etiam
huiuſce poſterius explicabitur.

Dicit id tantū eſſe colorem quod in lumine uidetur quare color ſine lumine
actu non uidetur. id em̄ eſt color quod eſt motiuū perſpicui actu illuminati & id
colorem defert ad oculū plane ſine medio color uiſum non mouebit quod experi
mur tali ſigno quia coloratū impoſitū & adiunctū pupille non uidebit quaꝓpter
color prius perſpicuū aerem mouet anteq̄ attinget ſenſū Quare perperā Demo/
critus cenſuit ſi uacuū eſſet hoc om̄e per qđ cernimus ſpaciū. formicā in celo ſi fo
ret uideremus qđ prorſus impoſſibile eſt quia neceſſe eſt eſſe aliqđ medium inter
videntem & rem uiſam Preterea ſi mediū ſpatium uacuū eſſet nihil om̄ino uidere
mus igitur color mediante lumīe ſenſum mouebit Et q̄uis innominata videantur
in tenebris tm̄ hoc non eſt ſine lumīe quia habet ex ſua natura lumē imbibitū quo
mediū in aliqua ꝑte poſſūt illuſtrare Idem de ſono & odore cōtingit neuter attac
tu ſenſū exercet ſed per mediū aerē a quo ſubinde ſenſus impellūt & licet in guſtu

& tactu eadē ratio ſit. nō tamē eque in illis apparet eo ꝙ nō videtur habere mediū extrinſecū ſed intrinſecum ut poſtea dicemus. Mediū in ſonis eſt aer ſed in odoribus noīe caret quia eſt aliqua paſſio cōmunis aeri & aque Videntur etiam uatalia aquatiliaq; ſenſū odoris habere eo ꝙ ſuffitus nidoꝝ lentorum explorāt Animalia que reſpirāt odorari nō pn̄t niſi aīa uicibus reddita & accepta Sed que in humore degunt non ſine anhelitu ſpiritus reciprocatiōe uident olfacere. que ſuis locis ſūt diſcutienda.

## De ſenſu Auditus & eius obiecto.

Nunc aūt poſt hec de ſono & auditu determinemus oportet. Eſt itaq; ſonus duplex Quidā em̄ eſt actu quidē potencia ſonus Nam corꝑm quedā non habere dicimus ſonum ut ſpongiā lanam & huiuſcemodi quedā habere ut es & quecūq; ſolida leuiaq; ſunt quia poſſunt ſonare ideſt inter ſe & auditū ſonū efficere. Fit aūt actu ſonus alicuius ſemper ad aliquid & in aliquo. Ictus eſt em̄ qui ſonū efficit ipm. Quaꝓpter fieri non poteſt ut ſi vnum ſit corpus ſonus efficiatur Quippe cū aliđ ſit id qđ uerberat aliud qđ uerberat. Quare id qđ ſonat. ad aliquid ſonat. ſine aūt latiōe nunq̄ efficit ictus. Atq; uti diximus. nō quorūuis ictus corꝑm ſine ullo diſcrimine ſonus eſt Nullū em̄ efficit ſonum. ſi percuſſa fuerit lana: ſed es & quecūq; ſunt leuia concauaq; es quidem quia corpus eſt leue. Concaua uero quia per reflexiones q̄plures poſt primum efficiunt ictus. quippe cum nō poſſit aer motus ac agitatus exire.

Hic phūs de ſono & auditu proſequit dicens. ꝙ dupliciter aliquod dicitur habere ſonū. Vnō° actu qn̄ duo corꝑa adinuicem colliſa dedunt actu ſonum qui per medium ad aures ꝓficiſcitur. Alio° potencia ut ſunt oīa corpora lenia & ſolida ut es & lapides ac oīa plana glutia leuigataq;. Quedam uero ſunt que nec actu neq; potencia ſonum obtineant ut ſpōgie & oīe lanitiū Cum actu ſonus fit neceſſe eſt tria concurrere videlicet percutiens percuſſum & mediū in quo concurſus fiat ut ſunt duo corpora dura & aer quo defertur ad auditum Nec poteſt fieri ictus ſiue percuſſio ſine motu nec motus ſine aere medio At non quilibet ictus ſonitum ciet neq; oīa corpora ſtrepitum elident quare ad perfectum & magnū ſonū efficiendū requiritur primo ꝙ ſint dura & leuigata & polita corpora. quare ſi ſtupa ſtupam & arena arenam cedas ſurdi & imperfecti ſonitus reddentur Etiā leuitas defendit aeris fracturam quē oporteret perferri ad auditum. Secundo requiritur ꝙ debēt eſſe corpora concaua quia talia per reflexionem primi ictus congeminant ſonitum eo ꝙ aer qui intus eſt agitatus exitum querat quē obiectu laterum inuenire nō poteſt ſed aliquandiu luctatus & tortus obſtrepat ut claret in campanis eneis. Tercio requiritur ꝙ ſint latitudine diffuſa quia talia multū aeris amplitudine orarum & marginū propellūt iccircoꝑfectū ſonitū gignunt.

## De Medio auditus.

Prӕterea auditur quidē ſonus & in aere & in aqua: ſed minus in aqua At vero nec aer ē auctor ſoni. neq; aqua ſed opuseſt ut inter ſeſe ſolidorum corꝑorum atq; ad aerem ictus fiat Quod quidē tamen fit cum aer ꝑcuſſus permanet neq; diffunditur. Quaꝓpter ſi cito vehemēterq; percutiat ſonat Opus eſt em̄ut ꝑcucientis motus diffuſionem ꝑueniat aeris: perinde atq; ſi cumulū aut aceruum arene cum fertur velociter quiſpiā verberet.



Hic determiat de medio in quo gnāt ſonus dicēs mediū quo edit ſonus ē aer & aqua q̄uis obſcuriuſculus in aqua q̄ i aere fit nullū tn̄ ꝑ ſe cauſat ſonū ſed opus ē ut fiat colliſio duoꝝ corꝑm ad aerē uel aquā qa oportet mediū eſſe denudatū a forma obiecti Etiā requirit ut iſte aer integraliter maneat ut poſſet ꝑcuti & nō diuidat an̄ ꝑcuſſionē ne fruſtret ictus. Preterea niſi uehemēs ꝑnicitas ꝑuenerit ictū ut ſi tympanū tympano cunctāter & ſenſim admoueris nullū ſtrepitū deportabis In ictu virgӕ aer uice duoꝝ fungit & corꝑis qđ ꝑcutit & medii: ſimiliter cū tela uibrant ſtrident in aere Ac ſi quis cumulū arene celeriter diuerberet ita ꝙ plage diſſolutionē anticipēt ſtrepitū cōcitabit.

## De Eccho.

Fit aūt eccho ſonitus inquā is qui poſt ſonū reſultat cum aer factus unus ob vas uel locū qui terminauit ipm atq; diſſolui ꝓhibuit. inde reſilit ueluti pila repulſus. uidet aūt talis ſonitus fieri ſemꝑ: ſed nō ſemꝑ clarus efficit. Nā & in ſono peruide atq; in lumine fit lumen em̄ ſemꝑ refrangit. alioquin nō fieret ubiq;: Sed eſſent extra locū eū tenebre quo radii ſolis ꝑueniūt. Verum nō ita ſemꝑ refrangit ut umbrā efficiat qua terminare lumē ſolemus: quod q̄dē tū fit. Cū ab aqua uel aere ceteriſq; leuibus ut patet reflectitur.

Dicit Eccho gnātur quom aere ſonitu agitatus concauū aut leuigatū quoddā corpus offendit ne ꝓgredi poſſit cū nō ſit peruiū aut ſciſſum retro diſpellit & ut pila reſilit Videt talis ſonus eccho ſemꝑ fieri eo ꝙ ſemꝑ aer ꝑcuſſus occurſaculū inuenit vnde reciprocet alioquin ſi directū iter ſemꝑ uoces tenerent nemo ſe audire poſſit loquentē Quamuis id ꝓpter exilitatē repꝑcuſſionis ſenſū ꝑterfugiat perinde atq; in lumine contingit quia lumē ſemper redux eſt & refractum reſilit alioquin in umbra lumen eſſe non poſſet Nec tn̄ ab oīibus equaliter reflectitur ſed a leuigatis impenſius ut ſunt aqua aurū argētum. quare euenit ut a nitidis & politis euidentiſſima refractio luminis fieri uidetur. Tunc ibi (recte aut) dicit eo ꝙ aer inter oīa elementa primatū tenet igitur nōnulli philoſophi nō immerito peculiare ſiue ꝓpriam rōem audiendi uacuo tribuerūt eo ꝙ nihil aliud uacuū eſſe arbitrabant q̄ aerem Quia illud eſt ꝓpria ratio audiendi quod cognatū & natura auditui ē magis confine ſed aer eſt hmōi Maior patet quia ex actu & potencia fit aliquod vnū Minor patet quia in auribus eſt quiddā aer congenitus & pāniculis intextus in quo fomes ſenſificus & audiendi uis ſedet. Preterea quotiens aer externus cōmotus ad illū interiorē continuat & cum eo coaleſcit tunc uterq; fit unus quēadmodū aqua aque & aer aeri continuatur ergo aer exterius tranſmittit ſonū per interiorē ad ſenſum & hec eſt cauſa quare animal non audiat in omnibus membris ſed dumtaxat in eo cui natura aeris portionem intexuit.

Ipſe igitur aer uacat ex ſe ſono. quia facile diſpergitur ac diſſoluit. verū cum ꝓhibet diſſolui motio tn̄ ipius eſt ſonus. At is aer qui in aurib⁹ eſt collocat⁹. intus eſt conditus ut ſit imobilis atq; hec ut exacte ſenciat drn̄tias oēs motus Et ꝓpter hoc in aqua etiā audimus: quia non ingreditur in ipm inſitū aerem nec in aurē ob obliquitates ipſius aqua Quod ſi acciderit non audimus nec item ſi egrotauerit ipſa mēbrana. Quēadmodū etiā nō uidemus cū ea pellis egrotat que pupillā cōplectit. At em̄ ſignū id eſt audiendi uel nō audiendi: nā auris ſemꝑ ꝑſonat ꝑinde ac cornu Semꝑ em̄ aer inſitus motu ſuo quodā in auribus agitat Verū ipſe ſonus alienus eſt & nō ꝓprius. & ꝓpterea veteres vacuo nos inquiūt audire ac ꝑſonante. quia audimus eo qđ determinatum aerem habet.

Dicit ꝙ aer ſono uacat eo ꝙ nō eſt ꝑmanens ſed facile diſpergit. Sed iſte aer qui aurib⁹ eſt complantatus q̄uis exteriori aeri cōtinuetur tamē magis uacat ſonitu q̄ aer extraneus quia hoc a natura inſtitutū uidet ut interna libere ſe ad externa cōuertant & drn̄tias oīm

uocum accipiat. Nam aer congenitus in confinio eſt & mediũ obtinet inter ſpiritum uitalem & aerem extrinſecus accidentẽ eo ꝙ pro uallo & munimento panniculus uidetur additus nec ille obledi poſſet aeris exterioris appulſu: Præterea purus ſincerus tranquillus & ad omnem impulſionem tener eſt ut omes ſpeties ſonoꝝ q̄ facillime poſſit recipe. Et ob hanc cauſam ſub aquis etiã audimus nõ tñ humor panniculã penetrat uerũ ſicut ſi aqua intra irruperit audire nõ poteremus. Ita ſi aer exterior ſupramodũ agitatus uſq; ad panniculã ꝑuaſerit uis audiendi interdũ ledit. Huic periculo obuia eſt natura que auriculas aĩalibus uertiginoſas & quaſi clauiſculis & grandis quibuſdã intortas fabricata eſt vti nõ ſimplex directuq; ſed anfractuoſũ & flexuoſum iter haberent ne humor aut flatus in penitas partes poſſet illabi. Sane inquit Themiſtius ſicut humor ĩ pupilla ꝑſpicuus a ꝑſpicuo externo colores inuectos excipiens ad ſenſoriũ reddit. ita aer inteſtinus ab extraneo ſtrepitũ ad auditũ refert. Cũ uero panniculã tentaꝛ laboratq; detrimẽtũ in auditu decumbit queadmodũ cũ cuticula lediꝛ pupille uiſus cõſequio noxã cõtrahit. q̄q̄ internus aer immobilis dicatur non tamẽ omino ĩmobilis eſt ſed ĩmobilis uocatur eo ꝙ neq; ipſe diffunditur neq; alius ſubinde atq; alius in eius uicem corrogaꝛ quia ꝑtinaciter pãnicule aſſidet & auditui congenitus innexuſq; eſt ut ſonus qui ad aures accedit exaudiaꝛ nec fit interni aeris motus ſed externi. Naturale eñ aeri eſt cõmoueri ſemꝑ etiam ſi tranquilliſſima temperies ſit Hac ratione ſi auribus manũ admoueris: percipies ſtrepitũ qui ꝓprius & intimus agitur ſicut in cornu. Incolumis quoq; auditus argumẽtũ ẽ cũ aures inſonãt tinniuntq; cõſtet aeri cõgenito naturalẽ uigorẽ ineſſe.

Sed vtrũ hoꝝ duoꝝ ſonet Vtꝝ id qđ uerberaꝛ an id qđ uerberat. At cõſtat utrũq; ſonare. mõ aũt diuerſo Sonus eñ motio eſt eius. qđ eo motu moueri põt ea que reſiliũt a corꝑibus leuibꝰ. Cũ quiſpiã ꝑcutit. hec oĩe qđ vis tam uerberatũ q̄ uerberãs ſonũ efficit: ut diximus. Nõ eñ ut patet ſonus efficiꝛ. ſi acus feriat acũ. ſed opus eſt ut id qđ uerberaꝛ ſit planum: quo ſimul aer inde reſiliat totuſue concuceaꝛ.

Hic phũs mouet queſtionẽ An ꝑcuſſum vł ꝑcutiens ſonitũ generet an ex utroq; ſonꝰ reddaꝛ. Rñdet ꝙ utrũq; ſed diuerſis mõis quia ꝑcutiens pellit aerẽ ad ꝑcuſſũ id reſiſtẽdo aerẽ inter mediũ diuidit in quo fit talis ſonus. Eſt aũt ſonus aer eliſus & paſſus. Eſt autẽ duplex aer Vnus is eſt qui inter duo corꝑa colliſa diſpelliꝛ. Alter is eſt quia ab eo ꝓgrediꝛ & continuatiõe ad auditũ perferꝛ Nã ſonus eſt illius aeris motio qui cũ impetu a corporibus lenigatis & ſolidis reſilit & aer qui primo moueꝛ nõ ſubito ſonũ anditu p̄ſentat ſed proximũ ſibi & continuũ aerẽ cõmouet At hic ſubinde aliũ excitat more quo in fluctibꝰ cerniꝛ in quibꝰ alter alteꝝ trudit & pulſus obiter ſequentẽ impellit.

## De differentiis ſonoꝝ.

Atq; drñtie ſonorũ actu ſono manifeſte fieri ſolẽt Nã ut abſq; lumĩe nõ uidẽt colores ſic neq; acutũ graueq; ſine ſono diſcerniꝛ: hec aũt a tangibilibꝰ tranſlatiõe dicũꝛ. Acutũ nãq; multũ in breui tꝑe ſenſũ mouet. graue uero lõgo in tꝑe paꝝ Nõ igiꝛ idẽ eſt acutũ & velox neq; graue tardũq;. ſed fit alterius q̄dã motus ꝓpter uelocitatẽ talis: alterius aũt talis ob tarditatẽ Et ſimilia eſſe videnꝛ acuto atq; obtuſo: que ſunt in tactu Nã acutũ q̄dẽ quaſi pungit: obtuſũ aũt quaſi pellit. q̄a illud in pauco. hoc ĩ multo tꝑe mouet Quare fit ut illud ſit uelox: hoc tardũ.

Dicit ꝙ ſonoꝝ drñtie ſunt acumen & grauitas que a tactilibus tranſlata ſunt Nã ſicut corpus qđ mucronẽ acutam obtinet pauxillo tꝑe uehementer pungit: qđ uero retuſam habet ſero & ſegniter. ita pariformiter acuta uox auditũ penetrans ꝓpemodũ uulnerat. Grauis uero minime quare contingit alterã celeriter alterã ſegniter ſenſum mouere. igiꝛ nõ idẽ ſunt celeritas & acumen neq; retuſio & grauitas ut nõnulli putant. niſi methaphorice q̄a qđ uelocius moueꝛ & celerius diſſilit acutiꝰ ſonat q̄ id qđ tarde & ſegniter moueꝛ



## De Voce.

Atq; de ſono quidẽ determinatũ ſit hactenus. Vox aũt ſonus q̄dã ẽ aĩantis. nil eñ inaĩatoꝝ uocẽ habet ſed ſimilitudine quedã dicũtur vocẽ emittere: ut tibia lira ceteraq; inaĩata quecũq; extenſionẽ concentũ & locutionẽ hñt. Hoꝝ eñ ſoni ſimiles eſſe voci uidẽꝛ: q̄a vox & hec eadẽ habet Atq cõplura ſunt aĩaliũ q̄ nõ eliciũt vocẽ: ut ea q̄ ſanguinis exꝑtia ſũt & eoꝝ q̄ ſanguinẽ hñt. piſces atq; id nõ abſq; rõe: ſi quidẽ ſonus motio quedã aeris eſt: ſed qui vocẽ dicunꝛ emittere ut Acheloi fluuii piſces ii branchis ſane ſonitãt. uel aliqua ſimili ꝑte. Vox aũt eſt ſonus aĩalis: & nõ quauis efficiꝛ ſine diſcrimine ꝑte: ſed cũ aliquo ꝑcuciente aliq̄d & in aliquo qđ q̄dã eſt aer ſonus effici ſoleat: iure ꝓfecto vocẽ aĩaliũ ea ſolũ habebũt q̄ ſuſcipiũt aerẽ. Iam eñ ipſa natura ut ad guſtũ & locutionẽ utiꝛ lingua. quoꝝ guſtus q̄dem neceſſariũ eſt. quaꝓpter pluribꝰ ineſt. interp̄tacio uero eſt gr̄a boni: ſic & aere q̄ reſpiratiõe trahiꝛ ad duas vtiꝛ oꝑatiões: ad internũ inquã diſponendũ calorẽ qđ q̄dẽ eſt neceſſariũ & cãm in aliis explicabimus & ad vocẽ etiã cõficiendã ob bonũ.

Dicit ꝙ aĩalia tñ uoces edũt. inanĩa uocalia eſſe nõ poſſunt licet inſtrumẽta muſica ut ſunt organa. lyre. tube. ſimilitudinarie quaſi uerba formare uideanꝛ. Ex aĩalibꝰ plura ſunt muta ut ſunt exanguia quibꝰ nulla uocis emittẽde facultas eſt & que integũꝛ cruſtis ut ſunt cancri oſtree &c. Nec oĩa ſanguinẽ hñtia uoces emittũt & q̄uis piſces in Acheloo fluuio uoces formare uidenꝛ nõ tñ ſonũ uocẽ edũt cũ branchis expellũt aquã & attrahãt aerem: quia ad uocẽ req̄rũꝛ tria videlicet exteuſio. i. cõtinuitas. cõſonãtia grauis & acuti & diſcretio ſiue locutio. ſed iſta in piſcibꝰ & cicadis nõ reperiũꝛ q̄a nõ reſpirãt nec calidũ ſanguinẽ hñt circa cor. Vnde vox ẽ ſonꝰ aĩalis ſed nõ in q̄libet ꝑte corꝑis fit ſed ſolũ in ea ꝑte qua aĩalia reſpirãdo ſuſcipiũt aerẽ ubi gñaꝛ vox. Huiꝰ igiꝛ reſpiratiõis duplex offitiũ ẽ queadmodũ & lingue qua utimur tũ ad loquelas cõficiendas tũ ad ſapores ꝑcipiendos. Eodẽ mõ geminus uſus in reſpirãdo eſt neceſſariꝰ videlicet ad calorẽ qui intus fit refrigerandũ & ad uocẽ formandã.

Inſtrumẽtũ aũt reſpirãdi fauces ſũt: pulmoq;. i. gr̄a cuiꝰ eſt iſta ꝑs Nã ea que gradiũꝛ hac in ꝑte plus hñt caloris q̄ cetera Is p̄terea locꝰ q̄ circa cor ẽ. primꝰ reſpiratiõe nimiꝝ eget iccirco neceſſariũ ẽ aerẽ ingredi reſpiratiõe attractum. Quare uox eſt ictus aeris reſpiratiõe attracti qui q̄dẽ ab aĩa fit. ea q̄ his in ꝑtibus collocaꝛ ad eã ꝑtẽ q̄ gurgulio appellaꝛ Nõ eñ oĩs quiuis aĩalis ſonꝰ vox ẽ uti diximus. fit eñ ut & lingua ſonꝰ efficiaꝛ: & etiã ut tuſſiẽtes efficiũt vocẽ ſpirantẽ aut reſpirãtẽ: ſed aerẽ detinẽtẽ ſed oportet & aĩatũ ſit id qđ verberat & aliqua cũ imaginatiõe Vox eñ ſonꝰ q̄dẽ eſt ſignificatiuus & nõ aeris eius q̄ reſpiratiõe trahiꝛ. uti tuſſis ſed hoc ferit aerẽ eũ q̄ eſt in gurguliõe ad ipſum Signũ aũt ẽ nõ poſſe queq̄ edere uocẽ ſpirantẽ aut reſpirantẽ ſed aerẽ retinẽtẽ Detinens aut eñ aerẽ hoc ipſo nimiꝝ mouet. Patet aũt & quã ob cãm piſces vocẽ nõ fundũt. fauces aũt nõ hñt: at hãc ꝑtẽ nõ hñt: q̄a nõ ſuſcipiũt aerem neq; reſpirãt. Sed q̄ ita dicũꝛ vehemẽter aberrãt quã ob cãm aliꝰ ſermo ẽ.

Dicit ꝙ organũ uocis eſt guttur ſiue uocalis arteria & pulmo quia illđ ẽ organũ vocis ꝑ qđ attrahẽdo & reddẽdo anhelitũ reſpiramus at mitigandũ calorẽ cordis ſed guttur & pulmo ſunt hmõi Mĩor patet q̄a guttur cõtinuaꝛ pulmoni: & pulmo cõiũgiꝛ cordi ĩ quo eſt fons caloris quare aer ꝑ gurgulionẽ attractus feruorẽ illũ recentat & refrigerat ne aĩal

ſuffocet. Preterea in gutture ꝑfecti aīalis duplex ē meatus Vnus ꝑ quē uadit cib⁹ & pot⁹ ut eſt gurgulio ꝗ cōtinuat ſtomacho. Ali⁹ ē ꝑ quē ingredit aer ad pulmonē & is uocat uocalis arteria qa ē uena magis arta hn̄s coopculū qđ ſubmouet in reſpiratiōe & claudit ne cib⁹ ꝑ illā ingrediat quare piculoſū inter comedendū multa fari ne apiat. Vox em̄ format qn̄ aer circa pulmonē reſpirādo expellit uſq; ad palatū in cui⁹ cauitate uox colligit & per linguā certo mō diuidit Tūc ibi (quare uox) diffinit uocē dicēs Vox eſt repcuſſio aeris reſpirati ab aīa ad uocalē arteriā facta cū imagine ſignificādi. Preterea nō oīs ſonus anīalis eſt uox Nā tuſſis ꝗuis ꝑ eadē machinamēta ꝓueniat & excreatio. plauſitacio aut alia uox labiaꝝ eliſii exprōpta nō tn̄ merēt dici uoces qa nō fiūt cū imagine ſignificādi Nec piſces uoces effūdūt qa fauces ſiue vocalē arteriā nō hn̄t eo ꝙ nō reſpirāt ut patet ī li. de aīalib⁹.

**Queritur** quid ſit vox Rn̄det ꝙ eſt repercuſſio aeris inſpirati ab anīa ad arteriam facta cū imagine ſignificandi. Iſta diffinitio datur ꝑ quatuor cauſas qa dr̄ repcuſſio tangit cā formalis (aeris inſpirati) tangit cā materialis. (facta ab anīa) tangit cā efficiens (cū imagine ſignificandi) tangit cā finalis.

## De Odore.

De odore uero & odorabili nō eque bene atq; de hiſce que dicta ſunt diſcernere determinareq; poſſumus Nō em̄ ſi patet quale quid ſit odor: ut ſonus uel lumen uel color Cuius cauſa eſt nos non habere hūc ſenſum exactū. ſed inferiorem compluriū anīaliū ſenſu. Remiſſe nāq; homo olfacit. & nihil odorabiliū percipit abſq; dolore uel uoluptate ꝓpterea ꝙ ſenſum inſtrumentum huiuſce nō eſt exactū atq; perfectū. Atq; conſentaneū eſt ratiōi. tā anīaliū ea que duros oculos habēt ſic ſentire colores ut nō eoꝝ percipiant drn̄tias niſi terrore cōtrarioq; ipius: ꝗ hominū gen⁹ odores· Similitudinē aūt rōis ſubire uident odoratus ad guſtū: & odoris ſpēi ad ſpēs ipas ſapoꝝ.

Hic phūs determinat de ſenſu olfactus cuius ordinis ratio qa organū olfactus altiore parte ſituatꝗ organū guſtus: etiā quia ſpiritualius diffunditur eius obiectū qđ ꝑ medium extraneū guſtus uero obiectū per mediū intraneum. licet minus ſenſu uiſus & auditus: Preterea olfactus participat cū om̄ibus ſenſibus aliquid cū tactu & guſtu quia eſt ſenſus alimenti cum uiſu & auditu quia recipit obiectū per mediū extraneū ergo ſituat ī medio tanꝗ cum extremis participans Dicens de odore nō eſt facile demonſtrare quid ſit ſicut de colore & ſono quia hūc ſenſū tardū & laceſſitū habem⁹ quare plurima aīalia exquiſiti⁹ & ſagatius olfaciunt ꝗ nos ut canes & vultures Nā homo ſolū percipit excellētes odores nō ſine delectatiōe & triſticia quare odores ut nōnulli putant cognoſcerent non quales eſſent in ſe ſed quales peruenirent ad nos Huic ſimile & conſentaneū eſt illud ꝙ anīalia duros oculos habentia ſine coopculo ut ſunt piſces & cancri colores quidē percipiūt ſed nō oēs drn̄tias ſed ſolū terrificos & uoluptificos ꝓpter rigitatē organi. Quāobrem neq; nomina odoꝝ neq; diſcrimina teneamus. ex ſimilitudine tamen ſaporum uocabula his accomodamus quare fit ut ſpēs ſapoꝝ odoribus attribuimus. quare drn̄tie odoꝝ innoteſcūt nobis ꝑ compationē ad drn̄tias ſapoꝝ.

Verū exactiorē guſtū habemus ꝗ odoratū ex eo quia guſtus tactus eſt qdā: quē quidē ſenſum homo exactiſſimū habet. in ceteris nāq; ſenſibus uehemēter a ceteris anīalibus ſupatur: at tactu longe ceteris oībus excellētius ꝑcipit Quapꝓpter & prudentiſſimū eſt aīaliū. Iuditiū aūt eſt in homnū gn̄e ob hoc inſtrumentū ſenſus ingenioſos eſſe hebeteſue. & nō ob aliud ꝗcquā qui nāq; ſunt duri carne ii ſunt ingenioſi. menteq; dextri. Vt aūt ſapoꝝ alius dulcis: alius eſt amarus ſic & odoratū quoſdā dulces. quoſdam appellamus amaros Veꝝ quedā odorē habent ſaporēq; ſimilis rōis dulcē inquā ſaporē. dulcēq; odorē quedā contra Similiter & acer eſt & acerb⁹ odor: & acutus. & pinguis



Nā quia odores non ſunt uti diximus manifeſti & perinde atq; ſapores. ideo noīa odoꝝ deducta ſunt a ſaporibus per ſimilitudinē rerum. Alius enim eſt dulcis ut croci. melliſq;. alius acer ut thimi ac huiuſcemodi rerū Idē & in ceteris modus ſeruatur.

Dicit ꝙ obiecta illius ſenſus ſunt nobis notiora quoꝝ ſenſum habemus certiorē. ſed guſtū habemus cettiorem ergo certius cognoſcimus obiecta guſtus. Minor ꝓbat quia guſtus eſt quidā tactus ſed tactū habemus exquiſitiorē quia iſto cetera anīalia ſupamus quo fit ut ſapientiſſimū animaliū dicat homo deprehenſa animi vi ex mollitudine carnis & tenuitate cutis que in nobis precipua eſt atq; hec tēperatura uidet maxime ad prudentiā apta & ad ſubtilitatē ingenii. quanto igit in homīe eſt craſſior calloſiorue cutis hebetiora & tardiora iudicāt ingenia Si tenuis & luculēta acumē acrimoniāq; ꝓmittit Cauſa forte eſt illa ꝙ in molli corpe primus innatuſq; ſpiritus anīe facilius funditur & libentius expeditiuſq; diſcurrit tunc ibi (Vt aūt ſapoꝝ) dicit cū odoratus ꝓpriis nominib⁹ careat mutuariis & alienis utimur queādmodu ſapores alii dulces. alii amari habent ita & odores alios dicimus dulces alios amaros uocamus. Plerūq; aūt que ſūt dulcis ſaporis guſtu etiā odoratu dulces inueniunt qđ in melle & croco cernit plerumq; contra que odoratu ſunt dulcia. guſtu acerba aut amara ꝑcipiunt ergo ſequunt ſe dūtaxat quo ad noīa ſed nō quo ad ſubiecta Cur aūt deguſtatis rebus ſtatim voluptas egritudoue cōſequat cū tamē guſtus homini ſit abſolutior & odoratu certior. neq; Ariſtoteles docuit neq; expoſitores attingunt.

**Queritur** Quare homo nō habeat exquiſitū olfactū ſed ceteris aīalibus min⁹ certū. Rn̄det quia ad hoc qđ ſenſus exacte ſuū obiectū ꝑcipiat requirit debita ꝓportio ſenſus ad obiectū eo ꝙ ex obiecto & ſenſu fit aliqđ vnum. ſed ea que debent vniri debet eſſe ꝓporcionata at organū olfactus habet conditiōes contrarias obiecto ſui ſenſus Nā obiectū ſiue odor eſt calidus & ſiccus. olfactus uero humidus & frigidus ſed homo cū habeat mai⁹ cerebrū tāto frigidius organū ergo deteriorē olfactū Et qđ homo habeat maius cerebrū patet quia habet calidiſſimū cor inter oīa aīalia Nā calor cordis mitigat ꝑ frigiditatē cerebri ergo ubi maior ē calor ibi maior exigit mitigatio eiuſdē Etiā qa homo habet ꝑfectiores ſenſus interiores ceteris anīalibus quia ſenſus interiores ſubſeruiūt intellectui ideo oportet ꝙ habeant ſpēalia organa ſiue ventriculas que abſq; magnitudine cerebri ꝑfectā diſtinctionē habere nō pn̄t Et qđ habeāt calidiſſimū cor patet quia homo habet erectā ſtaturā & ſublime caput uerſus celum ut inquit Ouidius Os hominū ſublime dedit celoſq; uidere Pronaq; cū ſpectēt anīalia cetera terrā Quod ſic propter habundantiā caloris naturalis cuius ſignū eſt deficiente calore recta ſtatura deficit ut patet in ſenibus. Secunda ratio quia in homine uigent plures opationes vitales ꝗ in brutis ſed tales exercent per calorē. ergo maior patet quia plures opationes vitales requirūt maiorē calorē ergo &c.

**Arguitur** Organū olfactus eſt ignee nature ergo nō humidū & frigidū. an̄s patet ꝑ phūm ī li. de ſenſu & ſen. Solutio olfactus capit dupliciter. Vno° ſcđm ꝓpriā naturā organi & ſic eſt de natura aque ꝓpter ꝓpinquitatē cerebri cuius naturā cōtrahit & ſic nō eſt ignee nature. Alio° accipit ꝓut in ſe habet actualiter ſuū obiectū & ſic ē de natura ignis qa tale eſt organū in potēcia quale ē ſuū obiectū in actu ut dictū eſt.

**Arguitur** Si olfactus ꝓpter vicinitatē cerebri impederet tūc ſagacitas nature merito ipm alio ordinaſſet. Solutio ꝙ ꝓpter duas cauſas olfactus neceſſario approximat cerebro Prima eſt quia neceſſe eſt omnē ſenſū terminari ad cerebrum in quo eſt ſenſus cōis qui ſe habet ut centrū ſiue terminus ad quē oēs ſenſus exteriores terminant. Secūda quia cerebrū eſt naturaliter frigidū ſed frigiditas tempat ꝑ odorē quare inquit Ariſtoteles in de ſen. & ſen. ꝙ odores nō nutrimētales cōferūt ad ſanitatē cerebri licet interdū ledat ꝓpter excellentiā odorabiliū.

Notandū Olfactus eſt uis collocata in interiori pte cerebri cuius organū ſunt nares & due caruncule molles ſimiles papillis mamillaꝝ ꝑ quas odor cerebro pſentat Cuius obiectum eſt odor vnde nihil aliud eſt odor ꝗ fumoſus halitus a corpe odorifero reſolutus.

Preterea ad odoratū quatuor requirunt̄. Primo reſoluens caliditas quare ſtercus gelu cōcretū nō fetet qa frigus cōſtringit. calor uero reſoluit. Secūdo materie ſubtilitas obediēs actiōi calorē reſoluenti quare dura ut lapides nō redolēt. Tercio cōſiſtentia aeris deferentis hmōi fumos reſolutos ꝑ calorē ad cerebrū. Quarto nerui & cerebri cōformitas quare melancolici mutilati & leproſi de odoribus male iudicāt.

**Queritur** quare ſolo tactu & carnis mollitudine uegetiores ingenii iudicamur ceteris ſenſibus qui magis cōferunt ad diſciplinā. Rn̄det ꝙ ideo qa ſenſus tact⁹ ē fundamētū oīm ſenſuū eo ꝙ organū ei⁹ expandit̄ ꝑ totū corpus quare efficax inde ſumit̄ argumentū ꝙ is qui tactu p̄ſtat oībus aliis ſenſibus p̄ſtare uidet̄ preterea ex ꝑfectione ſenſus ꝑfectior euadet intellectus. Secunda ratio quia bonitas tactus arguit bonitatē cōplexionis & ad bonā cōplexionē ſequit̄ nobilitas aīe quia oīs forma eſt ꝓporcionata ſue materie ergo ſequit̄ eos eſſe ꝑſpicatioris ingenii Quo fit ut molles carne aptiores mente dicimus eo ꝙ ex bona diſpoſitiōe corpis ſequit̄ bona diſpoſitio ſenſuū exterioꝝ & ex eoꝝ bona diſpoſitiōe ſequit̄ bona diſpoſitio ſenſuū interioꝝ & proinde intellectus igit̄ homo rōe tactus eſt prudentiſſimū aīaliū.

**Arguitur** Viſum habemus certiorē tactu prio metha. ergo cōtra textū p̄terea auditus & viſus ſunt ſenſus diſcipline ī li. de ſen. & ſen. ergo his homo debet iudicari mēte vegetior Solutio q̄uis viſus & audit⁹ ſint ſenſus diſcipline tn̄ inde nō ſumit̄ iudiciū intellectus ſicut de tactu. qa tactu ſolo iudicat̄ diſpoſitio interioꝝ ſenſuū ex q̄bus hominū iudicant̄ ingenia.

**Arguitur** Bombices ſericū texentes & aranee hominē tactu longe excellunt ergo tactū nō habemus certiorē brutis Añs liquet ſenſuali expimento Nā ut fert̄ Nos aper auditu p̄cellit. aranea tactu. Vultur odoratu. linx uiſu. ſymea guſtu Solutio Tactus accipit̄ dupliciter Vno° quātū ad ſubtilitatē & opationē tāgibilis & ſic bombices & aranee excellūt. Alio° accipit̄ quantū ad iuditiū tangibilis ſic homo certius iudicat de tactu & dr̄ītiis tangibiliū.

**Arguitur** Si molles carne eſſent ingenio uegetiores ſequeret̄ ꝙ mulieres cū molles ſint eſſent mente & ingenio viris acutiores ſed hoc eſt falſū quia nō ſunt abiles ad philoſophādū. Solutio duplex ē mollities ſcilicet aquatica ſiue flegmatica que in mulierib⁹ repitur & illa nō arguit bonitatē intellectus. Alia eſt mollities aerea que eſt faciliter receptiua & bene iudicatiua & illa ſequit̄ bonitatē tactus & arguit bonitatem ingenii ſed illa nō repit̄ niſi in bene diſpoſitis & cōplexionatis. Etiā mulieres interdū ſanguinee cōplexionis bone indolis ſunt & ꝑſpicacitate ingenii viris p̄ſtanciores Quia vidi quādā puellā in oppido Groningenſi apud Friſios quīgēteſimo anno ſup milleſimū quā Vrſulā Canter indigine appellabāt que licet vigeſimū annū nondū attigit attamē erat acutiſſimi ingenii in quadruuio nō minus q̄ in humanis lr̄is & in theologicis ſpeculatiōibus excellētiſſima cuius memoriā tota admirabit̄ vicinia potuit ꝑfecto ſup quolibet themate ſibi aſſignato aīo nō deliberato ſed illico cōcionari & longis horis allegatōes multifarias in mediū afferre & nōnunq̄ patre comite argumentatiōibus theologicis ſeſe īmiſcuit ac plerū palmā ſuis raciciatiōib⁹ reportauit poſſū ī teſtimoniū ꝓducere plures Roſphitā videlicet ſanctimonialē poetā celeberrimā de Saſſonica gēte editā & alias mulieres ingenio pollentes quas nūerare longiſſimū foret.

Atqui ſicut auditus eſt audibilis atq; inaudibilis & viſus viſibilis atq; inuiſibilis. & q̄ſq; ſimiliter ſenſuū & odoratus & odorabilis atq; inodorabilis. Inodorabile aūt multipliciter dr̄. nā & id qđ oīno caret odore: neq; vnq̄ odorē habere pōt. & id qđ exiguū habet & id etiā qđ malū tetrūq; habet odorem hoc appellari noīe ſolet: ſimiliter & ip̄m inguſtabile dr̄.

Hic oſtendit q̄uo inodora ꝑcipiunt̄ olfactu Nam ſicut ceteri ſenſus ſunt oppoſitoꝝ ut viſu ꝑcipimus uiſibilia ut colorē & inuiſibilia ut tenebras & auditu audibile & inaudibile ita olfactu odoꝝ & inodoꝝ ſentimus quia eiuſdē ſenſus eſt cognoſcere p̄ſentiā ſenſibilis ita & abſentiā ſiue priuationē eiuſdē. quod multifariā accipit̄ queadmodū inuiſibile dr̄. Vno° negatiue qđ nullo pacto uideri pōt ut uox & ſonus. Secūdo dr̄ priuatiue qđ aptū natū eſt uideri nō tn̄ actu uidet̄ ꝓpter carentiā luminis ut tenebre. Tercio Contrarie qđ



quod oculus confutat & laceſſit tale ꝓpter excellentiā difficile eſt contueri ut radii ſolares dicūt̄ inuiſibiles Totidē inodoꝝ aliquid dicat̄ prio qđ penitus inodorū eſt ut lumen. Secundo quod tenuiter & parū olet ut margarita. Tercio quod nimiū olet ut tolerari nō poſſit ut ſulphur & latrina.

DE intermedio olfactus

Fit aūt olfactus etiā per medium vt aerem aut aquā. eteni aīalium ea que in aquis degunt videntur odorē ſentire tam habētia q̄ nō habētia ſanguinē. Sicut & ea: que verſantur in aere. Hoꝝ nāq; nōnulla odorē alimenti ꝑcipiunt eminus: ꝑgunt ad ipſum Quo circa dubitacioēm is locus habere videt̄. Si cūcta quidē ſimiliter olfaciūt: homo vero reſpirās. non reſpirans aūt ſed ſpirans aut detinēs ſpiritum non olfacit. neq; emin⁹ neq; cominus: neq; ſi in ipſis naribus intus rem alentem poſuerimus Atq; ſenſū quidem non fieri ſi in inſtrumento ſenſus res ipſa ſenſu ꝑcipienda ponat̄ cōmune oībus eſt Sed nō ſentire ſine reſpiratione ꝓprium heminū eſſe videt̄. qđ quidē experientia late patet Quare ea que ſanguinis expertia ſūt cum non reſpirēt ſenſum quendā preter eos ſenſus qui dicant̄ alium hn̄t. At id eſſe non pōt. quippe cū odorē ꝑcipiant: ſenſus enī rei tā male q̄ bene olentis olfactus ſine cōtrauerſia eſt Preterea a vehemētibus & ipſa corrūpi vident̄ odoribus: a quibus & homo corrūpitur vt bituminis ſulphuris & ſimiliū. neceſſe eſt igit̄ ipſa olfacere: nō reſpirātia tn̄ Atq; hui⁹ inſtrmēti ſenſus in hoīe ꝑinde videt̄ ab īſtrumētis differre talium aīantium atq; oculi differunt ab eoꝝ oculis aīalium: que duros oculos habent. Nam aīalium ea que molles oculos habent: palpebras ip̄as vti ſepem & tegmē habent: quas niſi mouerit atq; apperuerint nō vident vt late patet At ea que duoꝝ ſūt oculorū. nihil habent ꝑfecto tale ſed ilico res ea vident que in ꝑſpicuo ſunt Sic igit̄ & inſtrumētum olfactus in hiſce qui dicitur que non reſpirāt velamīe carent ꝑinde. atq; oculus durus vt dixim⁹. In aūt que ſuſcipiūt aerem habent velamē qđ cum reſpirant aperit̄ venis meatibuſq; diſtentis Et iccirco que reſpirant nō olfaciūt in aqua. neceſſe eſt enim olficiant reſpirando. at id in aqua facere nequeūt Eſt aūt odor ſicci ſicut humidi ſapor. Ipſum inſtrumētū olfactus potentia tale.

Dicit mediū olfactus eſt aer & aqua nā aquatilia odoratu mouent̄ ad alimentū diſtās ergo aqua eſt mediū. ita ꝑſpicuitas in eis cōis eſt reſpectu uiſus ita in odoratu alia qualitas in eiſdē elemētis ꝓmiſcua cōtinet̄ quā Dyoſmon ſiue ꝑodoriā Themiſtius appellat. Mouet̄ queſtio an eodē mō olfaciant exanguia ſicut ſanguinē hn̄tia Et arguit ꝙ nō quia exanguia nō reſpirāt odorari tn̄ manifeſtiſſime uident̄ ſed ſanguine p̄dita reſpirant attrahendo odorē Rn̄det̄ ꝙ in iis eſt eadē ſenciēdi ratio nec aliū ſenſū habere poſſint quo odorent̄ q̄ olfactū nec reddēda eſt ratio & cā diſcriminis. Quia ſenſus diſtinguūt̄ penes act⁹ & obiecta ſed eſt idē obiectū & actus in reſpirantib⁹ & nō reſpirātibus. ergo idē ſenſus. preterea ſicut oīm uiſibiliū uiſus unus eſt ita oīm odorabiliū unus olfactus eſt Plane ille potēcie ex p̄te organi ſunt eiuſdē nature que hn̄t eadē corruptiua ſed organa reſpirantiū & nō reſpirantiū ſunt hmōi ergo minor ꝓbat̄ qa exāguia ſepenūero perimi uident̄ quarūdā reꝝ odore ſi uehemēter putride fuerit ꝑinde ac reſpirātia q̄ qn̄q; intereūt ſulphure. calce ac violētiori ſuffitu & incurſu ergo eſt idē ſenſus Tūc ibi (atq; huius inſtrumēti) dicit ſicut ſe habet uiſus in aīalibus quoꝝ oculi ſunt p̄duri & coopculi exptes ad aīalia quoꝝ oculi palpebris & genis ceu vallo ſunt muniti. ita ſe habet olfactus in reſpirātib⁹ &

nõ reſpirantibus ſed uiſus in hñtibus duros & molles oculos eſt eiuſdē ſpēi ergo & olfactus Maior ꝓbat q̄a ſicut ad uidēdū requirit̄ dehiſcentia palpebraꝝ ſine coopculi i oculo ita ad olfaciendū in reſpirātib⁹ requirit̄ adoptus meatuū ſiue venaꝝ in narib⁹. q̄a q̄ reſpirāt in aquis odorē nõ pcipiūt eo q̄ meatus ſūt obſtructi humore ſūma rõ ē. ut vrinates i eo odorari nequeūt. ergo ſi q̄s diligēti ſubtilitate id exigat reſpiratio nõ erit cā odorandi neq; dehiſcētia palpebraꝝ vidēdi ſed adaperiēdi meat⁹ qui odoratui obſeruit. Cõſtitutus aūt odor i arido ē queadmodū ſapor ī humido quo circa odoramē a incēſa. recalefactaq; fragrātiora ſūt de quibus latius phūs differit in li. de ſen. & ſen. Preterea cõſtat organum olfactus tale potēcia eſſe qualis ē actu res odorata.

## DE ſenſu guſtus

Guſtabile aūt eſt quoddā tangibile. Atq; hec eſt cauſa ut ipſū nõ ſit ſenſibele per mediū corpus extremū. neq; enim tactus tali medio pcipit Enimuero corpus etiam id i quo tanq̄ in materia eſt ipſe ſapor qui guſtu pcipitur: humidum eſt q̄d eſt tangibile quoddā Quapꝓpter ſi etiam eſſemus in aqua: dulce ſane ſētiremus in ipſa poſitum & nõ ſenſus illius nobis p aquā tanq̄ per medium eſſet Sed quia p mixtum illud eſſe cū humido: quēadmodum in potione fiere ſolet color aūt nõ hoc vidē: q̄d miſcetur neq; defluxibus. Nõ igit̄ vt eſt ibi ſic & hic eſſe de medio dicere poſſumus nullū eni extremum eſt mediū vt diximus. vt aūt viſibile eſt color ſic & guſtabile ſapor Atqui nihil abſq; humiditate ſaporis efficit ſenſum· Sed omne q̄d ipius efficit humiditatē aut actu aut potētia nimiꝝ habet vt ſalſum: nā & ipſū liqueſcere põ facile. & ſe linguā vt patet cū liqueſcit humidiorē efficere põt.

Dicit guſtabile ē quoddā tāgibile ergo guſtus ē quidā tactus. preterea guſtabile nihil aliud eſt q̄ ſapor ſed oīs ſapor in humido ē humidū aūt deprehendit̄ tactu ergo & guſtabile quare guſtus cū ſit quidā tactus nõ ē opus extraneo corpe ꝓ intermedio p q̄d ſaporꝝ drñtie pferant ad guſtū Illud em̄ a ſenſu diuiſū & ſecretū eſſe nõ põtei annexū ē ſed medū guſtus & hmõi q̄a mediū guſtus ē caro uel cutis ꝓpterea ſed in aqua eſſemus ſaporē qui cõtinet̄ in aqua utiq; ſentirem⁹ ſed nõ p aquā intermediā ſed id cui ſapor ille immixtus eſt ſapor em̄ realiter miſcet cū aqua ſicut ſapidus potus quē bibimus cõtigit lingue Sed eo mõ pſpicuū nõ recipit colores q̄q̄ p id uident̄ tn̄ in eo miſceri & cõfondi non põt niſi ſpiritualiter Neq; ab his defluuiū aliq̄d decidit quo pſpicuū colorari dicat̄. Vbicūq; em̄ cõtinet̄ ſapor ibi & humor aut actu aut potēcia ſicut ſal potēcia humidū eſt & dū admouet̄ lingue liqueſcit quo & linguā humectat. cetera uero cõia habet cū ceteris ſenſibus.

At vero ſicuti viſus eſt viſibilis & inuiſibilis & tenebre namq; ſūt inuiſibiles quas etiā viſus diſcernit & eius q̄d valde ſplendidū eſt. & hoc eni inuiſibile dicitur q̄q̄ nõ eodem ſed aliomõ q̄ tenebre Sic igit̄ viſus viſibilis & inuiſibilis eſt & auditus ſimiliter ſoni ſilentiiq; quoꝝ alteꝝ audibile alterū inaudibile eſt & etiam ſoni magni pinde atq; ſplendidi viſus Nā vt puus ſonus modo quodā inaudibilis· Sic etiā & magnus ac violentus: Inuiſibile vero multifariā dici ſolet. q̄ddā pinde dicitur tale atq; in ceteris etiam id q̄d impoſſibile eſt q̄ddā hoc pacto vt aptum quidē ſit id habere quo videre poſſit. illo autē careat aut habeat remiſſe vel praue vt informe dicit̄ aut indoctum Sicut igitur viſus inquam inuiſibilis eſt. & auditus ſimiliter ſic & guſtus guſtabilis & inguſtabilis eſt. quod quidē aut exiguū aut prauū. aut vaſtantē guſtum ſaporem. Videt̄ aūt potabile & inpotabile eſſe principiū. vtrumq; eni guſtu pcipitur. Veꝝ alterū eſt prauū guſtumq; denoſcat alteꝝ eſt amicū nature Eſt autē potabile guſtui cum tactu commune.



Dicit queadmodū viſus pcipit viſibile & inuiſibile ita guſtus guſtabile & inguſtabile quia oīs ſenſus cognoſcit priuationē ſui ſenſibilis imo etiā exuperātiā & exceſſū q̄uis nõ ſine leſione accidit. Preterea triplex eſt inguſtabile Primū eſt q̄d aptū natū eſt guſtari ſed inſipidū ē ut lapis. Alteꝝ id cui excellēs ſapor ineſt & guſtū offendēs ut ſūt acria auſtera. Terciū ē q̄d natura idoneū nõ eſt ad ſaporē ut uox & aer. Videtur aūt poculentū eſſe cõe tactui & guſtui nā om̄e poculētū humorē & ſaporē habet q̄a q̄d hūidū ē ad tactū ptinet q̄d uero ſaporē habet ad guſtū. q̄d ſi tēperamētū excedit deuaſtat guſtū ſi minus tātum amicū nature eſt.

## De Organo guſtus.

At vero cū guſtabile ſit humidū. neceſſe eſt & inſtrumentū ſenſus ipius neq; humidū eſſe actu neq; etiā tale ut humectari nõ poſſit humidūq; euadere. Patitur em̄ aliq̄d guſtus ab ipius guſtabili ea nimirū rõe qua guſtabile eſt. Neceſſe ē igit̄ inſtrumētū guſtus potencia q̄dē humidū eſſe humectari aūt actu. ita aūt humectari ut eius cõſeruet̄ cū humectat̄ & ratio. Signū aūt ē linguam neq; cum eſt valde ſicca atq; cum eſt nimū humida ſentire Is enim tactus fit humidi primi pinde atq; ſi cū preguſtauerit quiſpiā vehemētem aceruue ſaporem Deinde alium guſtet & vt in egrotātibus fit quibus cūcta vtent̄ amara: quia lingua ſentiunt tali humiditati referta.

Dicit cū guſtabile humidū ſit neceſſe eſt eius organū neq; humidū neq; ſaporoſum eē actu q̄a oportet ſenſū eſſe talē in potēcia quale eſt obiectū i actu ergo ſi eſſet actualiter humidū tūc guſtus nõ pciperet ſaporē q̄a intus exiſtens ꝓhibet extraneū: ſignū huius ē cū lingua fuerit nimis arida & ſicca aut p̄madida & admodū diluta tūc guſtare nõ poſſum⁹ q̄d facile in egroātib⁹ cernit̄ cū lingue ſapor a felle ꝓficiſcit̄ oīa amara diiudicant̄. Etiā ſi ferrū aut uehementē odorē aut pulueres aridos lingue admoueris. mox alio addito non facile drñtiā eius pcipies q̄a inexiſtentia & affectio prioris drñam poſteriori nõ preſtat.

## De differentiis ſaporꝝ

Speties aūt ſaporꝝ ita ſeſe habent queadmodum coloꝝ Dulce namq; & amarum cõtraria ſimplitia ſunt heret autē dulci quidē pingue amaro aūt ſalſum At inter hec collocant̄ aere acerbum accidūt atq; acutum hec namq; fere differentie videntur eſſe ſapoꝝ quare guſtus quidem inſtrumētum id eſt q̄d eſt potentia tale· guſtabile aūt id q̄d ipſum actu facere poteſt.

Dicit q̄ ſpēs ſapoꝝ ſeſe hñt ſicut coloꝝ Nā alii ſunt ſimplices & inter ſe cõtrarii ut ſunt dulce & amaꝝ: pinguis cõſequit̄ dulce. ſalſus uero amaꝝ Alii cõpoſiti que in meditullio habent̄ ut acer: auſterus. ſuauis. acutus. acerbus acidus. ponticus. ſtipticus. q̄a cauſant̄ ex cõmixtione extremoꝝ. Simplices uero ex cõmixtiõe calidi & frigidi atq; hee drñtie ſapoꝝ eſſe uident̄ Organū em̄ guſtus tale eſt potēcia quale ē guſtabile actu ſicut dictū eſt.

**Queritur** quid ſit guſtus Rñdet̄ q̄ licet Ariſtoteles diffinitiõis eius nõ meminit tn̄ ex dictis facile põt colligi Guſtus eſt uis inſita neruo i lingua expāſo ad apprehendū & guſtandū ſapores reſolutos ex corporib⁹ cõtingentib⁹ ipam Cuius obiectū ē ſapor Mediū extrinſecū ē ſaliualis hūiditas. Intrinſecū vero caro poroſa i ſupficie lingue expāſa Organū eius eſt neruus a cerebro ꝓcedens ſub carne ipius lingue expāſus apphendēs vim ſaporabilē mediāte humiditate ſaliuali.

**Arguitur** Nullū ſenſibile poſitū ſupra ſenſū facit ſenſationē ergo guſtus nõ pcipit ſaporē ſine medio extrinſeco & q̄d cõſequēs eſt cib⁹ poſit⁹ ad linguā nõ eſt guſtabilis. Solutio q̄ in lingua eſt duplex ps Vna eſt ſuperior q̄ ē poſa hñs in ſe humidū quoddā ſaliuale & illa eſt mediū guſtus & ergo cibus poſit⁹ ad ſupficiē lingue non ponit̄ ſupra ſenſū guſtus. Alia ē caro que ponit̄ ſub cute poroſa & in illa pte cõſiſtit organū guſtus ſupra quo nõ ponit̄ guſtabile ſed primo applicat̄ parti ſuperiori añ pueniт ad organū ergo facit ſenſationem.

**Arguitur** Mediũ debet eẽ ſeiũctũ a potẽcia ſed iſte neru⁹ poroſus nõ ẽ ab organo ſeiũct⁹ ergo nõ meret̃ dici mediũ Solutio duplex eſt ſepatio quedã fit ꝑ localẽ diſtanciã & ſic mediũ in uiſu auditu & olfactu eſt ſepatũ. Alia eſt ſepatio que fit ꝑ realẽ diſtinctionẽ & ſic mediũ in guſtu & tactu eſt ſepatũ ab organo quia illa pars poroſa ſepabilis eſt a lingua.

## De ſenſu tactus.

Hic phūs determinat de ſenſu & intellectu que veteres exiſtimarūt eſſe ſimul cū ſenſu Dicens cū non ſolū ſenciēdo ſed etiā intelligēdo cognoſcimus oportet querere qđ diſcrimen inter ſenſum & intellectū conſtituatur: premittit ergo primū opinionē antiquorū qui fere omnes ſenſum idem eſſe cum intellectu opinabant̃ & diffiniebant animā ꝑ motum localem & cognitionē quo includit intellectiuā & ſenſitiuā. quare intelligere & ſapere eſſe quoddā ſentire putabant. Nā quecūq; habent unum actū illa ſunt eadē ſed ſentire & intelligere ſunt huiuſmodi ergo minor patet quia diſcernere & cognoſcere cōuenit utriq; Vnde Empedocles dixit conſiliū augeri in homine & in brutis ad p̄ſens. i. ſcđm p̄ſentis hore diſpoſitionē que diſpoſitio depēderet ex diſpoſitione corporū celeſtiū quia diuerſis tēporibus aliter iudicant de rebus Homerus inquit talem eſſe intellectū mortalibus qualē preſtat rector olympi. i. ſol uel uirtus corporū celeſtiū quare uidetur ſequi naturā intellectus eſſe corporeā & quaſi idem eſſe cum ſenſu: Talem animū plane mortalibus eſſe neceſſe eſt in lucē primo qualem deus extulit ortu Nā ii animā ex elementis reꝝ concretā eſſe uoluerunt quo res per ſimilitudines eaꝝ cognoſcat Videt̃ ergo aiam nihil aliud eſſe q̄ corpus eo ꝙ cognoſcat corporeas res Quare Ariſtoteles eos increpat dicens philoſophi aſſignātes cauſam cognitiōis eſſe ſimilitudinē cognoſcētis & cogniti nō ſatis erudite locuti ſūt qa etiā debebāt aſſignaſſe cām ignorātie & deceptiōis q̄ ſūt homini magis ꝓpria q̄ cognitio cū ſint nobis a natura eo ꝙ oēs naſcimur ignorātes. ſed cognitionē veritatis adipiſcimur magno ſtudio & labore ergo aīa nō pōt hr̄e cognitionē ueritatis ex ſui natura. Ad hoc rn̄debāt phī ꝙ nō eſſet aliq̄ deceptio eo ꝙ oīa q̄ uident̃ eſſe uera opinati ſūt Et ꝙ tactus rei ſimilis ſit cā cognitiōis & tactus rei diſſimilis ſit cā deceptiōis ſed hoc eſt incōueniens. qa ſimile & diſſimile ſūt cōtraria ſed circa cōtraria eodē mō ſe habet hō ad cognitionē & deceptionē. nā qui unū cōtrarioꝝ cognoſcit & reliquū & qui errat ī uno & in reliquo errabit. alias ſcīa eſſet de uno cōtrarioꝝ & deceptio de reliquo.

Non idem igitur eſt ſentire ac ſapere patet. illud em̄ omnibus aīalibus hoc valde paucis ineſt. At neq; intelligere idem eſt ac ſentire. intelligere inquam quo recte atq; non recte res percipi ſolent Quod nāq; recte percipit ideſt prudentia & ſcīa atq; opinio vera At qđ non recte. i. nimirū his dictis contrariū Etenim proprioꝝ ſenſus ſemper eſt verus & vniuerſis aīalibus ineſt. at fit ut falſo quoq; quis raciocinetur Neq; cuiq̄ cōpetit cui nō ineſt ratio.

Hic phūs improbit opinionē dicētiū ſenſū & intellectū idē eſſe qa illud ē efficaciſſimū argumētū ꝙ aīalia oīa ſint ſenſibꝰ p̄dita ſolus homo p̄ter ſenſū & mentē & intelligētiā obtinet cū alie ſint opatiōes potēcie rōalis & alie ſenſuū qm̄ opinio ſcientia prudētia ad ſenſum ꝑtinere nō pn̄t qa ſcđm ſcientiā & prudentiā & opinionē cōtingit recte & nō recte intelligere. Sentire aūt nō cōtingit niſi recte eo ꝙ ſenſus circa ꝓpria ſenſibilia ſemꝑ ē verꝰ aut rarēter falſus ut patet ī cōibꝰ ſenſibilibꝰ qa de eo qđ ad plures ſenſus ꝑtinet uno ſenſu iudiciū certū afferre nō poſſumus igit̃ ſenſus & intellectus nō ſunt idē.

## De Imaginatione.

Imaginatio nanq; diuerſa eſt a ſenſu menteq; atq; neq; hec fit ſine ſenſu neq; exiſtimatio ſine hac eſſe pōt. Nō idē aūt eſſe imaginationē exiſtimationē ut patet. Hic em̄ affectus ī poteſtate ſine cōtrouerſia collocat̄. licet nāq; cū libet fingere quicquid uolumus atq; ante oculos ponere. perinde atq; ii faciūt qui in artificioſe memorie compatis atq; diſpoſitis locis imagines fingentes atq; ſimulachra collocāt At opinari in nobis eſt ſitū. Neceſſe eſt em̄ opinantē aut verā aut falſam exiſtimationē habere. Præterea cū opinamur aliquid malum eſſe atq; terribile continuo perturbamur. ſimiliter & cum opinamur quippiā eſſe tale ut in illo ſit confidendū. at cū imaginamur talia perinde afficimur atq; ſi in pictura eadē ſpectaremus. ſunt aūt & exiſtimatiōis ipius hee differētie ſciētia & opinio & prudētia. & ea que ſunt hiſce cōtraria. De drītia quoꝝ alius ſit ſermo magis ad idipm accomodatus.

Hic phūs determinat de imaginatione ſiue phantaſia uolens oſtendere primū ꝙ opinio ſiue exiſtimatio que ſequit̄ intellectū eſt alia ab exiſtimatiōe que ſequitur ſenſum ſiue phantaſiā Dicens ꝗuis imaginatio ſit preſtācior ſenſu longe tn̄ inferior intellectu eſt que tanꝗ in confinio utriuſq; poſita eſt ſenſum em̄ ſequit̄ & actionē animi antecedit preterea licet om̄is ſcientia prudentia & opinio p̄cedentē imaginationē requirunt nō tn̄ cum illis eadem ſunt ergo ſuſcipere aliquid in opinionē aut ſcientiā alterius facultatis eſt ꝗ imaginatiōis Et imaginationē nō eſſe idem cū opinione patet duplici rōe. Prima ē quia paſſio imaginatiōis eſt in nobis qn̄ uolumus quia licet fingere & cōponere imagines cauſa reꝝ exiſtentiū ꝗ nō exiſtētiū ut tricipites & tergeminos homies qualē fuiſſe Gerionē cōfictū in fabulis eſt. & alatos qualē ʒetum & Calam filios Boree & Hyppocentauros ut Carybdim & Scyllā. queadmodū em̄ pictoribus licet quacūq; forma animal in tabula ponere & iis qui profitentur artificioſam memoriā quodlibet mōſtrū & ſimulachrū effigiare licet Sed opinionē habere ſiue iudiciū de rebus quociens inceſſit uolūtas in nr̄a poteſtate nō eſt ſed quotiens rei veritas que uidebat̄ apertiſſime aſſentiri nos cogit nec fieri pōt ut qs dubitet de re manifeſte falſa. quia bis duo quatuor eſſe neceſſariū eſt nemo etiā dubitat non eſſe bipedem & ignem nō perurere ꝗuis ore contrariū dixieris non tn̄ idē ſentis aut opinaris. nam opinari intus in anio eſt cui diſſentiri non poſſumus. Secunda ratio quia ad opinionem ſtatim ſequitur paſſio in appetitu ut cum opinamur aliqđ formidabile & atrox ſubito cōtrahimus & deuincimus anim totoq; corpe phorreſcimus & impalleſcimus Sed ad imaginationē uel phantaſiā nō ſequit̄ paſſio ut cū imaginamur horrēdos feraꝝ īmitiū aſpectus nullo terrore afficimur nec cōſternatio ſequit̄ ueluti ſi cōſideremus ī pictura ꝗdā terribilia ꝗ aſpicientē nō deterrent ex iis liquet imaginationē ab opiniōe diſtingui. Qūo ergo differant ſcīa prudētia & opinio & ꝗ ſint illoꝝ contraria alibi dicetur videlicet in vi. ethicoꝝ.

## Oſtendit imaginationē non eſſe ſenſum.

At vero cū diuerſum ſit ſentire ac intelligere & huius aliud imaginatio aliud exiſtimatio eſſe uidet̄ de imaginatiōe primo deinde de altero dicamus oportet Si igitur imaginatio ideſt phantaſia ſit id quo uiſū phantaſmaq; aliqđ in nobis dicimus fieri & nō aliud quicꝗ qđ ꝑ tranſlationē hoc eodē noie nūcupat̄ ipa ꝓfecto quedam vna eſt potencia earū aūt habitū qbus diſcernimus. aut & uero ꝑcipimus aut falſo Tales aūt ſunt ſenſus. opinio. ſcientia. intellectus. At ipſaꝝ nō eſſe ſenſum ex hiſce patere pōt Senſus em̄ uel eſt potencia uel opatio ut uiſus uel uiſio. at ꝙ nōnūꝗ neutrū eſt iſtoꝝ & tn̄ apparent aliꝗ uidemur ꝙ uidere ut ea que in ſomnis apparent Deinde ſenſus quidē ſemper adeſt imaginatio aūt nō ſemꝑ. qđ ſi idem eſſet imaginatio & opatio. beſtiis



imagiatio ꝓfecto cūctis ineſſet. at nō eſſe uidet̄ ut api aut formice aut vermi. Præterea ille quidē uere ſunt ſemꝑ imaginationes. vero plures fiunt ut patet falſe Præterea cū exacte circa ſenſibile opamur nō dicimus hoc nobis hominē uideri ac apparere ſed potius cū non clare ſentimus. qn̄ etiā fit ut ſit uerus ſenſus & falſus Atq; nobis qđ quidē paulo antea dicebamus clauſis etiā oculis uiſa uident̄ atq; apparent.

Hic phūs nititur oſtendere quale diſcrimen habeat̄ inter ſenſum intellectū ſcientiam opinionē & imaginationē & primo de imaginatiōe quid ſit & quomō ab aliis ſecernatur determinat dicens imaginatio (quā phantaſiā appellāt) eſt uis qua ſimulacra ſiue phantaſmata gignunt̄ in ania. utimur hoc uocabulo imaginatiōis methaphorice. i. per tranſlationē quia ſola de ea imaginatiōe loquimur cuius ſimulachrū ſiue ſpectrū tanꝗ rei ſenſate figura quedā & effigies formatur in ania. Ea inquā uis uidet̄ eſſe una caꝝ qua ueꝝ a falſo diſcernimus quales ſunt ſenſus opinio ſcientia & intellectus Intellectū hoc loco accipimus ſtrictiſſime pro eo quo nō licet aſſentire falſum. Preterea ſenſum nō eſſe imaginationē ꝓbat quinq; rōibus. Prima quia imaginamur in ſomnis. ſed dormiētes nec actu neq; potēcia ſentimus Nō potēcia quia inſomniū eſt cōmotio ſenſatorū que ſunt impſſa & in ſenſibus interiorib⁹ derelicta Nec actu multo minus fieri pōt ut ſopiat̄ animus vigilante ſenſu. Secūda quia ſenſus fit p̄ſentibus ſenſibilibus imaginatio etiā abſentibus. ille inquā nobis dūtaxat exꝑrectis uigilantibuſq;. hec etiā obſcitantibus ac dormientib⁹ fieri pōt qa ceci imaginant̄ & cōfingūt colores quos tn̄ nec actu neq; potēcia ſenciunt. Tercia ratio qa natura oībus aīalib⁹ ſenſum largita eſt. vim aūt imaginandi nō oib⁹ cōceſſit ſed dedit fortaſſe formicis & apibus equis & canibus vermib⁹ aūt negauit. Quarta quia ſenſus in ꝓpriis ſenſibilib⁹ uerus eſt magna ex parte. Imaginatio uero ſepe mēdax ē. Quīta eſt quia opamur circa actu ſenſibilia cū certitudine quia nō dicimus ſenciendo hoc uidet̄ nobis niſi a remotis aliqd ꝓſpicimus quia nēo dubius fit de Socrate quē comin⁹ uideat ſed de eo quem eminus proſpectet obtutu caligante preterea nemo pōt cōpreſſis & clauſis oculis cernere ſed imaginatio tunc eſt efficaciſſima pn̄t & alia ſuꝑ hec cōplura adduci quib⁹ luce ipa clarius cōprobet̄ imaginationē a ſenſu differre.

Atq; nec vllus habituū eoꝝ erit: qui ueri ſunt ſemꝑ ut ſciētia uel intellectus Eſt em̄ & falſa imaginatio nō ſolū uera. Reſtat igit̄ ut ꝑſcrutemur ſi ſit opinio Atq; fit idē opinio uera & falſa. veꝝ opinionē ꝗdē ſeqtur fides. Quippe cū fieri nequeat ut hiſce quiſꝗ nō credat quoꝝ habet opinionē. Beſtiaꝝ aūt fides ꝗdē nulli imaginatio uero cōpluribus ineſt Preterea fides omnē opinionē ſeqt̄. perſuaſio fidē. ratio ꝑſuaſionē. ac imaginatio ꝗdem quibuſdā beluis ineſt ratio aūt nullis. At uero patet nec opinionē eſſe cū ſenſu. nec opinionē ꝑ ſenſum: nec opiniōis ſenſuſue cōiunctionē & ꝑ ea que dicta ſūt & hac etiā rōe: patet em̄ ſi imaginatio ſit opiniōis ſenſuſq; cōiunctio: opinionē nō cuiuſuis rei ſed eius eſſe cuius ē etiā ſenſus Dico aūt imaginationē ſi ſit cōiūctio ſenſus opinioniſue. cōiūctionē eſſe opiniōis albi & ſenſus eiuſdē albi: Non em̄ erit ex opiniōe ꝗdē boni: ſenſu aūt albi. Apparere igit̄ eſt opinari rē eam quam ſentit: & non per accidens. At apparēt nūꝗ etiam falſa: de quibus ſimul verā opinionē habet. Sol. n. pedalis quidē apparet: at ꝑſuaſum eſt terra ipm eſſe lōge maiorem: fit igit̄ vt aut ſuam is opinionē: quā habet veram abiiciat re mō eodem ſeſe habente: nō oblitus: nec diſſuaſus: aut ſi adhuc illam habeat: eadē ſit ſimul neceſſario falſa ſimul & vera. At cōſtat opinionem tum euadere falſam: cum res mutata latet.

Dicit imaginationē ab intellectu & ſcientia diſtare quia ſcīa & intellectus ſemꝑ ueri habitus ſunt. Imaginatio uero ſepiſſime balbucinatur & fallax eſt etiā intellectus & ſcientia ſunt in iis aīalibus tm̄ que rōne predita ſunt. imaginatio uero in carentibꝰ rōe cōſpicit Sed an ſit opinio dubitat eo ꝙ imaginatio & opinio illud habent cōe ut uera & falſa eſſe poſſint Sed hoc intereſt quia ad opinionē ſequit aſſenſus & fides cū ſit incōueniens nō credere id qđ quis opinat & quia nulla beſtia habet fidē ergo nec opinionē habebit imaginatio uero pluribus ineſt brutis ꝑterea ad opinionē ſequit fides ad fidē ꝑſuaſio ad perſuaſionē uero ſequit ratio per quā aliquid alicui ſuadetur ergo ſequitur illatiue cuicumq; ineſt opinio huic & fides perſuaſio & ratio inerit. Item opinari impoſſibilia in nr̄a manu nō eſt ſed imaginari quodlibet horribiliſſimū facilime poterimus Ex his cōſtat imaginationem nō eſſe opinionē cū ſenſu nec per ſenſū nec cōpoſitā ex ſenſu & opiniōe quia uel illa cōplexio eſſet ex diuerſis ſubiectis ut ſi opinio circa bonitatē. ſenſus uero circa nigritudinem uerſet tūc imaginatio nō eſſet de eodem uel ſi eadem res ſit in qua bonitas & nigritudo cōtineatur ſic cōplexio eſſet actualis Vel ſi eſſet eiuſdē rei cuius eſt ſenſus iterū eſt incōueniens quia de eadē re pōt quis habere opinionē uerā & rectā. ſenſum uero mēdacem & falſam. preterea ſequeret ꝙ iudiciū illius habitus cōpoſiti de eodem ſimul eſſet uerū & falſum ſed hoc eſt impoſſibile ergo ſequela ꝓbat quia contingit de eadē re habere iuditiū ſecundū ſenſū qđ eſt falſum & ſecundū opinionē qđ eſt ueꝝ ut ſolem eſſe maiorē tota terra tenet ꝓ opiniōe quantū ad intellectū & ſolem eſſe bipedalis quantitatis tenet cognitiue per ſenſū In hoc loco tenetur Plato aptiſſime qui inficiatur ea miſceri & copulari Plane accidere pōt ꝙ quis in tali cōpoſitiōe abiiciat uerā opinionē quā prius habebat re eodē mō ſe habente nō oblitus qđ eſt impoſſibile. Nā tribus mōis aliquis abiicit uerā opinionē. Primo qn̄ res mutat ſicut cū quis opinat ſortē ſedere eo ſedente ſi poſtq̄ ſedere deſtiterit. ſi habuerit eandē opinionē tunc uera opinio mutat in falſam. Secundo qn̄ quis deſinat opinari qđ prius opinabat eo ꝙ priſtine opinionis oblitus eſt. Tercio qn̄ quis inficiat opinionē quā prius affirmabat diſſuaſus ꝓpter aliā rōem: ꝙ aūt quis amittat opinionem nullo iſtoꝝ contingente eſt impoſſibile qđ contingerit in ꝓpoſito Sed ſi aliquis adhuc retineret cū falſa opiniōe uerā opinionē & ſi imaginatio eſſet opinio ſequeret qđ eadē apparitio eſſet uera & falſa uel oportet qđ res uera facta falſa lateat opinātē qa ſi nō lateret eū tūc ſimul cū mutatiōe rei mutaret opinio & ſic nō eſſet eius opinio falſa igitur phantaſia nullū ꝑdictoꝝ eſſe pōt.

Neq; igit iſtoꝝ vnus eſt imaginatio neq; ex his eſt cōiūctū. Veꝝ qm̄ fieri poteſt vt aliud moueat ab eo ipſo qđ motū eſt. Imaginatio vero motio quedā eſſe videt & nō fieri ſine ſēſu Sed ſentientibꝰ & eoꝝ etiam eſſe quoꝝ eſt ſēſus fit aūt vt motus oriat a ſēſu iam actu Quē quidē neceſſe eſt ipſi ſenſui ſimilē eſſe· Imaginatio motio eſt hec ꝓfecto. que neq; ſine ſenſu nimiꝝ eſſe neq; cōpetere nō ſentiētibus pōt: atq; multa ꝑ ipſam id agere patiue poteſt. qđ ipm habet Et inſuꝑ & verā & falſam eſſe. Atq; id ꝓpterea fit. qđ ſenſus qdā ꝓprioꝝ eſt verus aut raro admodū ſuſcipit falſitatē. At eſt ſenſus eius etiā rei cui ꝓpria ſenſibilia accidūt vbi iam fit vt ipſe ſit falſus nā non eſt falſus ſi album dixerit ſed ſi album hoc aut aliud eſſe eſt ꝑterea cōmunium que quidem per inde atq; ꝓpria is accidunt que ſūt ꝑ accidēs ſenſilia Dico aūt motū & magnitudinē que vt patet accidūt ſenſibilibꝰ circa que maxime error deceptioq; fieri ſenſu pōt Motꝰ igit hiſce qui fit a triplici tali ſenſu. Differētiā ob id ipm nimiꝝ habebit atq; primus qdē cū oꝑatio ſenſus adeſt ē verꝰ Ceteri vero falſi etiā eſſe poſſunt· & ꝑſente atq; abſente ꝑſertim cum a ſenſu longe ſenſibile diſtat Si igit nihil aliud ꝑter imaginationem habeat. ea que dicta ſūt Sicq; id ipm qđ diximus ipa imaginatio motꝰ is eſt ꝓfecto qui fit a ſenſu iā oꝑante.



Hic phūs inquirit quid ſit imaginatio cum nō ſit ſenſus nec opinio nec ſcia nec intellectus nec aliquod alioꝝ premittendo quinq; ſuppoſitiōes Quarū prima eſt Hec contingit aliquod mouere alteꝝ qđ prius ab alio motū eſt ut lapis mouet a baculo quē manus mouet. Senſus a ſenſibilibꝰ exterioribus cōmoti laceſſitiq; primū ſimulachra ab iis miſſa recipiunt Deinde imaginationē quē & phantaſiā uocamus impellunt. Secūda imaginatio eſt quedā motio. Tercia imaginatio nequit fieri ſine ſenſu. Quarta motus oritur a ſenſu iam actu .i. qn̄ ſenſus eſt prius motus a ſenſibili. Quinta motus quo ſenſus exterior interiorē mouet eſt ſimilis motui quo ſenſibile exterius mouet ſenſū exteriorē quia una ſpēs uel forma aliquod cauſat. quare dicit imaginationē eſſe motū qui non eſt ſine ſenſu eo ꝙ multa aīalia per ipam oꝑant & paciunt q̄uis nōnulla ut vermes & muſce & cōplura eiuſdē gn̄is imaginatiōe careant. quia nō retinent notiōes & ſpēs quas ſenciendo concipiunt quare caſu ferunt At cōtingit imaginationē uerā & falſam eſſe: ſenſus uero ꝓprioꝝ ſenſibiliū eſt uerus circa que imaginatio ſemꝑ eſt uera. licet decipiat circa ſenſibilia cōia ideo imaginatio que eſt circa talia pōt eſſe falſa. qn̄q; etiā ſenſus circa ſenſibilia ꝓpria eſt falſus cū ſenſibile fuerit abſens aut nimiū diſtās Igit aliud nihil habet imaginatio ꝑter ea q̄ dicta ſūt ſicut diximus, imaginatio ē motus qui fit a ſenſu iā oꝑante.

Cum aūt uiſus maxime ſit ſenſus hinc eſt ꝙ nomē imaginatio ab ipſo lumīe ſumpſit phantaſiaq; dr̄ ꝗ ſine lumine uiſio fieri nequit At ꝗ imaginationes īmanent ſenſuſq; ſimil es ſūt ideo per ipas aīalia beſtie inquā atq; homines multa agunt. Illæ quia mētisſunt ut patet. exꝑtes. homines ꝗ mens ꝑturbatione nōnunquā uerbo uel morbo uel ſomno ſubmergitur Sed de imaginatione quidā determinatū ſit hactenus. Satis em̄ quidnā ipa ſit & cur ſit hiſce que iā dicta ſunt explicauimus.

Dicit cū viſus ſit oīm preſtantiſſimus inde imaginatio uiſionis nomē accepit & phantaſia dicta eſt argumento lucis & dr̄ a phos qđ eſt lumen ſine quo cerni nō pōt. preterea beſtie ac homīes multa oꝑant circa phantaſiā eo ꝙ ſpēs ſenſibiles īmanent abeūtibus ſenſibilibus in hoc tn̄ diſtāt quia ille appetitu ſenſitiuo tm̄ ducunt hoīes uero altiori & nobiliori potēcia mouēt niſi morbꝰ intercipiat aut ſonus impediat aut ſomnus ꝑturbet.

**Queritur** quare preter ſenſus exteriores neceſſe ſit ponere quatuor ſenſus interiores Rn̄det ꝙ ideo ꝗ oīs oꝑatio ꝓficiſcit ab aliqua potēcia ſuꝑaddita eſſentie ſed in aīalibus ꝑfectis ſunt plures oꝑatiōes ergo ꝓficiſcunt a pluribus potēciis Maior liquet quia nihil agit per ſuā eſſentiā Minor ꝓbat quia in aīalibus reꝑitur quedā oꝑatio qua cognoſcimus ſenſilia ſenſata in abſentia eorundē igit neceſſe eſt ponere unā potenciā que apprehendat ſenſibile abſens porro in materialibus ea potencia nō pōt eſſe ſimul retentiua & receptiua cū humida ſint faciliter receptiua ſed nō retentiua ſicca uero contra ergo ꝑter potēciam receptiuā q̄ eſt ſenſus cōis oportet ponere reſeruatiuā videlicet imaginatiuā uirtutē q̄ reſeruat ſpēs quas ſenſus cōis apꝑhendit. Alia reꝑit oꝑatio in aīalibus videlicet elicere intentiōes nō ſenſatas ex rebus ſenſatis q̄ nō pōt reduci ad aliquā dictā potenciā igit ponēda eſt quedā poteſtas altior que appellat cogitatiua cui cōnectenda eſt alia potencia que eſt reſeruatiua ſpēꝝ & illa appellat memoratiua que reſeruat ſpēs cognitas per uirtutē cogitatiuam.

**Notandū** ꝙ tm̄ quatuor ſunt ſenſus interiores ꝗ q̄libet potēcia receptiua habet reſeruatiuā vim ānexā ſed ſenſꝰ cōis & cogitatia vis ſūt receptie ergo habebūt reſeruatias ānexas videlicet imaginatiuā & mēoratiuā Senſus cōis ē oīm ſenſuū exteriorū terminus unus ad quē motiones oīm alioꝝ cōiungūt & ad omēs ſenciēdi drn̄tias arbiter eſt diuerſorūq; ſenſiliū diſcrimia cognoſcēdi facultatē habet. Queadmodū in circulo a circūferētia plures linee ꝓducte ad eundē terminū ſiue centrū terminant pari mō ſenſus cōis ſe ut centrū habet ad quē oēs ſenſus exteriores termināt Et dr̄ cōis nō ꝑ ꝑdicationē ſed ꝑ cognitionē cuius actus eſt oīa ſenſilia cōia ꝑ ſe cognoſcere ſecundus actus eſt iudicare de drn̄tiis cōtrariis diuerſoꝝ ſenſuū exterioꝝ. Tercius eſt cognoſcere actus ꝓprioꝝ ſenſuū ut cū uidētes nos ſentimus & q̄libet ſe audire ſentit ꝗ uiſio nō viſibilis ē neq; auditio audibilis ſed id primū & ꝓpriū ſenſus cōis opus eſt Organū eius eſt quedā cōcauitas cerebri ſupra dextrū oculū ſita a qua nerui ſenſuū ꝑticulariū ꝓtēdūt & deriuāt Obiectū eſt ſenſibile per ſe ſenſatū.

Imaginatiua vis (quā & phātaſticā appellāt) eſt motio quedā ꝑ quā i nobis ſimulachra
gignūt in aīa etiā abſentib⁹ ſenſibilibus atq; nobis experrectis dormiētibuſq; fieri poteſt
Eſt & plerumq; vera & plerūq; falſa imaginatio. Preterea hec vis noſtre ſpōtis & faculta/
tis habet ſimul enī vbi collibitū eſt cuiuſuis rei imaginationē recipim⁹ etiā re abſente nec
oībus aīalibus cōceſſa eſt hec vis nā cōplura vt vermes & oſtreacea huius uirtutis expꝑtia
ſunt Actus eius eſt imagines quibus cognoſcit ſenſus cōis reſeruare eo ꝙ organū eius ē
magis ſiccum & aptum ad retinendū Secūdus actus eſt cōponere ſubſtācias ꝑticulares
& ſpetiem cum ſpetie ut hircoceruū & aureos montes Organū eius eſt in anteriori parte
capitis ſitum ſupra ſiniſtrū oculū que pars cerebri ꝓpter ſiccitatem loci appellatur theſau
rus formaꝝ ſenſataꝝ Cum tale organum leditur aut confundit tunc freneſis generatur
qua homīes plerūq; inſaniūt ꝓpter cōfuſionem diuerſoꝝ Idolorum . Obiectum eius eſt
ſenſibile per ſe ſenſatum ut reſeruabile quia formas quas ſenſus cōis apphendit has ima/
ginatiua vis reſeruat & cuſtodit.

Cogitatiua vis que in brutis eſtimatiua appellat eſt apphenſiua intentionū de ſpetieb⁹
ſenſatis que non erant ſenſate ſicut ouis ex ſpetie lupi cognita uel uiſa elicit tale anial eſſe
rapax & inimicū nature ſue que inimicitia non potuit eſſe ſenſata per ſenſus exteriores
hec uis in homine inter ſenſitiuas virtutes principem locū ſortitur propter redundantiā
rationis Et habet quatuor actus Primus eſt elicere ex ſpēbus ſenſatis intentiōes ſenſatas
Secundus eſt cognoſcere ſubſtancias particulares. Tercius actus eſt cognoſcere naturā
indiuiduatā ut hominē in ſorte ideoq; merito appellat ratio particularis quia ex collatiōe
vnius ad alterum diſcurrit eliciendo intentiones. Quartus eſt cognoſcere oīa ea que ꝑ
ſenſum cōmunē cognoſci poſſunt quia quicquid poteſt virt⁹ inferior id ſuperior poteſt
& amplius. Organū eius eſt in media parte cerebri & in vertice capitis ſitum Obiectum
eſt cognoſcere ſenſibilia in cōmuni quod etiā continet ſub ſe ſenſibile per accñs eo ꝙ eſt
ſupma potēcia igit obiectū eius erit cōmuniſſimū.

Memoratiua eſt vis conſeruatiua intentionū quas cogitatiua apprehendit quemadmo
dum imaginatiua eſt formaꝝ conſeruatrix ita hec eſt archa & repoſitoriū intentionum a
ſenſatis elicitatū quibus recordamur iniuriaꝝ ac beneficioꝝ uſq; ad tēpus vindicte atq;
recōpenſatiōis in homine ei reminiſcentia coniungit Vnde cuius actus eſt reſeruare diu
intentiōes elicitas in tēpore ꝑterito & oblitoꝝ reminiſci ex aliquo principio in memoria
retento. Organum eius eſt uis ordinata in poſteriori cōcauitate cerebri qđ ſi ledit mag/
nū impedimentū in acquiſitione ſciaꝝ affert & inde letargia & obliuia comitat Obiectū
uero huius eſt ſenſibile in cōi inquātū reſeruabile qđ a cogitatiua apprehendit.

**Arguitur** Subſtancia particularis non apprehendit ſenſu exteriori ergo nec inte/
riori cōſequētia ꝓbat quia nihil eſt in ſenſu interiori qđ prius non erat
in ſenſu exteriori Solutio qđ etiā ſenſus exterior quoddāmō apphendit ſubſtāciā ꝑticulā
licet per accñs quia apphendit figurā & diſpoſitionē reꝝ q̄ ſunt ꝓprie cōditiōes ſubſtācie
figurate ergo ex his pōt apphendere ſubſtātiā ſicut imago regis repſentat ex figura ſub/
ſtātiā regis nō ex ꝑte coloris ꝑterea quicqd pōt virtus inferior itidē & altior uis ꝑfectiori
mō pōt igit cogitatiōe ſubſtātiā ꝑticularē utiq; cognoſcere poſſumus.

**Arguitur** Cerebrū eſt omino humidū ergo in ipo nequit eſſe potēcia reſeruatiua
añs patet qa in cerebro fit cōtinuus aſcenſus vapoꝝ a cibo & potu reſo
lutoꝝ cōſequētia ꝓbat quia humida ſunt male retentiua ſed bñ receptiua. Solutio q̄uis
cerebrū ſit magis humidū ceteris mēbris tñ in eo una ꝑs eſt ſiccior alia igit in ꝑtibus ſic/
cioribus natura ſedē reſeruatiue potentie affixit que per oſſa & neruos a receptiuis virib⁹
abiungitur.

**Arguitur** Quicquid non ſentit hoc nō meret appellari ſenſus ſed potencie reſer/
uatiue nō ſenciunt ergo non erunt ſenſus Minor patet quia nō cognoſ
cunt ſenſilia ſed ſolum reſeruant ea Solutio licent potencie reſeruatiue ut ſunt imagina/
tiua & memoratiua non ſenciant tamē patrocinant ad ſenſationē quia reſeruant ſpēs ſen
ſatas Queādmodū intellectus agens non intelligit ſed ſpēs abſtrahit a phantaſmatibus
quibus intellectus potentie intelligit.



# Allegationes Secūdi libri de Anima

Subſtancia in materiā formā & totū cōpoſitū diuidiṫ. Materia nō ē hoc aliqd .i. nō eſt ens cōpletū per ſe exiſtens ſed eſt ꝑs ſubſtancie materialis.

Forma non eſt hoc aliquid ſed qua hoc aliquid dicitur .i. forma que ē ꝑſtācior ꝑs ſubſtācie corporee eſt ratio qua materia fit ens actu determinatū ſed id qđ ex ambabꝰ coeuntibus conciliaṫ & naſciṫ eſt perfectū ens.

Scientia eſt actus primus contemplatio vero ſecundus .i. quēadmodū in habitu eſt actus primus reſpectu cōtēplatiōis ſiue actualis conſideratiōis Ita aīa eſt actus primꝰ corꝑis viuētis viuere uero ſentire & moueri actus ſecundus.

Corpora videntur eſſe maxime ſubſtancie. hoc debet intelligi qn̄ ſubſtācia dicitur a ſubſtando accidētibus ſed nō qn̄ ſubſtācia dicitur ab eſſendo quia incorꝑalia ꝑfectius habent eſſe q̄ corꝑalia eo ꝙ ſunt corruptioni obnoxia.

Naturalia corpora artificialium corporum principia ſunt. quia artificialia cōpatiōe naturaliū vicē accn̄tiū obtinēt. Om̄e igiṫ artificiale corpus in ſtratu naturali cōſpiciṫ

Somnus autem ſcientie operatione vacanti ſimilis eſt .i. quia ſicut ſomnus ē habitus vigilia uero actus ita ſcia eſt habitus contēplatio actus. Vel ſicut in ſomno habemꝰ ſenſum ſed nō opationē ita quis pōt habere ſciam licet nō habeat cōſiderationē & uſum.

Radices in fruticibus ſubeunt vicem oris vtriſq; namq; trahitur alimentum: quia ſicut anial per os ita frutex per radicē ſuccū attrahit. Vel quia ſicut anialia hn̄t corꝑa organiſata ita pariformiter plante qa meatus & ſtamiam venaꝝ vice funguṅt. Alburnū liber & lignū cuti carni & oſſi ꝓportiōe quadā conſentiūt.

Nō oportet querere quomō ex ania & corꝑe fiat vnū ſicut ex ſigillo & cera: quia forma naturalis per ſe vniṫ materie diſpoſite nec inter actū & potenciā requiriṫ mediū vniens intrinſecū licet extrinſecū efficiens.

Corpus naturale eſt quod principium motus & ſtatus inſitū habet: qa corpus aniatū habet intra ſe principiū actiuū inaniata ergo paſſiuū.

Si oculus eſſet anial viſus nimirū anima eius eſſet: quia ſicut uiſus eſt ꝑfectio & ſubſtācia oculi ita ania corꝑis quia uiſu ablato oculus nō manet niſi equiuoce ita ania a corꝑe ſequeſtrata corpus nō manet niſi equiuoce.

Nihil prohibet animā habere partes ſeꝑabiles que nullius corꝑis ſunt actus .i. ania pōt habere quaſdā potencias quibus & oꝑationes nō cōicat cū corꝑe ut ſunt intellectus voluntas.

Plante videnṫ in ſe ipis vim habere atq; principiū vite quo ad cōtrarietatem quia in his alimentū moueṫ ad loca cōtraria videlicet ſurſum & deorſum ſed natura ē ad unū determiata ergo plante ſunt vite ꝑticipes.

Tactus primo cunctis anialibus ineſt atq; ut vegetatiuū a tactu ſenſuq; om̄i ſic a ceteris tactus ſeꝑatur ſenſibus.

In vnaquaq; planta eſt vna actu ania. potencia uero plures. quia ſurculi abſciſſi adoleſcunt.

Quecūq; animalia habent ſenſum ea etiam dolorem & appetitum habent: quia in om̄i ſenſu eſt delectacio uel triſticia ergo etiā appeticio & dolor.

Intellectus ſeperatur ab aliis potenciis ſicut perpetuum a caduco: quia anima intellectu cū corꝑe nō cōicat ſicut cū aliis potenciis.

Quinq; ſunt potenciaꝝ gn̄a ſcilicet vegetatiuū ſenſitiuū appetitiuū loco motiuū & intellectiuum.

Fames eſt cupiditas ſicci & calidi Sitis vero eſt cupiditas frigidi & humidi: ſapor uero hoꝝ condimentū per hoc vult ꝓbare phūs ꝙ om̄ia anialia hn̄tia ſenſum alimēti afficiunṫ fame & ſiti ſed illa ſunt appetiōes ergo om̄ia anialia que ad minus tactu predita ſunt hn̄t appetitū.

# TERCIVS

Sicut in quadrato triangulus eſt ita in ſenſitiuo vegetatiuū. ꝑ hoc vult oſtēdere phūs ꝙ in uno corꝑe nō ſunt plures aniæ ſed vna tm̄ ergo ſicut in quadrato nō eſt triangulus actu ſed potencia ita in hoīe ſunt plures anīe ſecundū potenciā.

Sine tactu nullus alioꝝ ſenſuū eſt licet plura anialia ſunt que nec viſum neq; auditū neq; ſenſum habeant odoris: quia tactus eſſentiā anīalis attingit ergo neceſſarius eſt alii ſenſus ſunt de bene eſſe qa ſine iis anial pōt conſiſtere.

Quibus mortaliū ineſt ratio iis ſunt & cetera cuncta: quia ſuperior vis oēs inferiores includit ſed nō contra.

Generatio viuentibus eſt maxime naturalis hiſce que perfecta ſunt nō membris capta nec ſpontaneā gn̄ationē hn̄tia vnūqđq; inquā aliud procreare habet quale ipſum eſt .i. finis animātiū eſt ſibi ſimile in ſpetie procreare ut īmortalitatē attingāt & primo enti cōiunganṫ. ſi nō fuerint defectuoſa caſtrata &c.

Viuere in viuentibus eſt eſſe. ibi viuere accipiṫ ꝓ actu primo & nō pro oꝑatiōe vitali que eſt actus ſecundus.

Ignis accretio in infinitū ꝓgreditur addito combuſtibili At coꝝ omniū que natura cōſtant eſt finis augmenti & decrementi per hoc vult ꝓbare ꝙ ignis nō eſt cauſa nutritiōis aut augmenti ut Empedocles opinatus eſt alioquin aliquod in infinitū creſceret & ſic nō eſſet ſtatus in augmentatiōe aniatoꝝ qđ eſt inconueniens.

Complura contraria fiunt ex ſe mutuo: quia alimentū eſt cōtrariū alito in principio tamē in fine mutaṫ in ſubſtanciam aliti.

Nutritiua eſt ſubſtancie cōſeruatrix quia anial eouſq; viuit quouſq; nutritur nihil ſeipſum generat ſed conſeruat.

Quod nutrit eſt ipa ania primo id qđ nutritur corpus eſt id quo nutriṫ ipſū alimentū eſt.

Vniuerſas res a fine appellare par ē allegaṫ tali occaſiōe qa ania vegetatiua diffiniṫ per generationē tanq̄ ꝑ finē ſuū dicens Ania vegetatiua eſt principiū generādi tale quale eſt ipſum.

Calor patrocinatur ad digeſtionē quaꝓpter om̄e animatū calorem habet .i. calor nō eſt cā principalis nutritiōis aut digeſtiōis ſed inſtrumētalis qa habet ſe ut gubernaculum nauis.

Impoſſibile eſt ſimile a ſimili pati quia dixerunt nōnulli phī ut Empedocles ꝙ om̄e ſimile a ſimili cognoſcitur.

Senſus eſt potencia paſſiua & alteratio quedā eſſe videtur quia quicquid moueṫ ab aliquo hoc patiṫ ab eo ſed ſenſus moueṫ a ſenſibili ergo patitur ab eo.

Motus eſt actus imperfectus quia fit inter duos termios nā cū recedit ab una forma & tendit ad aliā tūc fit in actu imperfecto ut ſi de frigiditate in caliditatē fieret motus.

Tum a ſimili ſibi tum a diſſimili res om̄is patitur. Patitur em̄ ea que eſt diſſimilis & cū paſſa eſt tū ſimilis eſt .i. om̄is res patiṫ a diſſimili paſſiōe corruptiua & a ſibi ſimili paſſiōe ꝑfectiua ſicut intellectus ab intelligibili.

Qui diſcit ſciam nō alteraṫ: ſed ꝑficiṫ qa quicūq; ꝑficiṫ nō alteraṫ ſed q diſcit ꝑficiṫ: ergo nō alteraṫ qa alterari ē aliqđ remoueri a naturali ſua diſpoſitiōe videṫ tn̄ intellectus recipiendo ſciam alterari improprie.

Sentire actu ſimile ē cōtēplari. ſed in hoc diſcrimen hn̄t qa ſenſibile mouēs ſenſū extra ipm ē intelligere vero nō .i. ſicut ſe habet ſenſibile ad ſenſū ita intelligere ad intellectū.

Intelligere qſpiā pōt cū voluerit ſentire vero cū uolumꝰ in nr̄a poteſtate nō ē.

quia intellectus ſciaꝝ theſauros intus habet quare migrat in actū ubi collibeat At ſenſi/
bile nō ſemp̄ p̄ſens eſt. ſubmoto lumine.

Senſus eſt ſingulariū. ſcia vero vniuerſaliū .i. nihil ſentit̄ niſi ſingulare & nihil ſcit̄
& intelligitur niſi vl̄e.

Om̄e ſenſitiuū potēcia tale eſt quale ē ſenſibile actu. quia ſenſus patitur a ſenſi/
bili Sed om̄e paſſum potēcia tale eſt quale eſt agens actu.

Propriū id ſenſibile dico qđ alio ſenſu ꝑcipi neq̄t & circa qđ error fieri nō p̄t
Veꝝ ſi organū fuerit bn̄ diſpoſitū nec ſenſibile longo interuallo deſtiterit.

Color eſt viſibilis per ſe qa in ſe cām habet quare viſibilis eſt. i. licet color viſi/
bilis ſit per ſe tn̄ actu nō uidet̄ ſine lumine. (tis videlicet aeris & aque.

Lumē ē actus ꝑſpicui ea rōe q̄ ꝑſpicuū ē .i. lumē ſolū eſt ꝑfectio corpis trāſparen/
Illumīatio fit in inſtāti. Duo corpa in eodē loco eſſe nō poſſunt. per hoc oſten
dit phūs lumen nō eſſe corpus.

Nō vniuerſa viſibilia in lumīe ſunt viſibilia ſed ſolū ꝓprius color. q̄a nōnulla
uident̄ in tenebris ut ſunt oculi lupoꝝ & putredines quercuum.

Si quiſpiā colorē ſuper ipm̄ viſum poſuerit nō ſane uidebit quia uiſio fit ꝑ me/
dium & color prius mouet perſpicuū q̄ ſenſum.

Eccho ſonitus eſt is q̄ poſt primū ſonū reſultat. i. eccho eſt ſonus reflexus qui ut
pila reſilit ꝓpter aliqđ corpus cōcauū qđ ipm̄ diſſolui ꝓhibuit.

Ineſt auditui qdā aer inſitus ad quē ſonus in aere factus cōtinuat̄. i. in miringa
eſt quidā aer auribus cōgenitus qui mouet̄ externo aere moto per ſonū. (ſtruūt.

Aer inſit⁹ motu ſuo ſꝑ ī aurib⁹ ꝑſonat ac cornu qđ expimur cū aures manu ob/

Tibia lyra cetera inaīata que extēſionē concentū & locutionē habēt quadā
ſimilitudine vocem emittere dicuntur.

Cōplura aīaliū ſūt q̄ vocē nō eliciūt ut ſūt exāguia & q̄ integūt cruſtis ut ſūt
cancri & oſtree qa q̄cūq; ſūt exptia calidi ſāguinis circa cor illa nō reſpirāt ſed exanguia
ſunt hmōi ergo ſunt muta. (qua ſimili parte.

Piſces in Acholei flumīe q̄ voces dicūt̄ emittere brāchis ſane ſonitāt vel ali/

Inſtrumētū reſpirādi fauces ſūt Pulmo id eſt grā cui⁹ ē iſta ꝑs. Circa cor vero
is loc⁹ ē q̄ primū reſpiratōe eget. i. guttur cōtinuat̄ pulmoni & pulmo cordi cōiun/
git̄ ut eſt fons caloris qui reconciliat̄ per aerē attractū. (ctum.

Spēs odoris ſumūt̄ ad ſimilitudinē ſpēꝝ ſapoꝝ qa certiorē habem⁹ guſtū q̄ obſa/

Qui molles carne ſūt ingenioſi mēteq; dextri iudicant̄. q̄ uero ſūt duri carne
ii ſūt inepti mēte qa ex bona corpis tempatura ſequit̄ abilitas ſenſuū & intellectus eo
ꝙ anīa in corpe bn̄ diſpoſito opatiōes ſuas ꝑfectiori mō exercet.

Guſtū & tactū certiorē habemus oībus anīalibus quia tactus cōſiſtit in medio/
critate q̄tuor humoꝝ ſed hō habet aīam nobiliorē ergo hʒ corp⁹ magis diſpoſitū & tꝑatū

Sicut viſus ē viſibilis & īuiſibilis ſimiliter & audit⁹ ſoni ſilentiiq; quia uiſus per
cipit lumen & tenebram. (guſtus dulcis & amari.

Sēſus vnius cōtrarietatis eſſe uidet̄ ut uiſus albi nigriq;. audit⁹ acuti grauiſq;

Tāgibilia ſentim⁹ nō a medio ſed ſimul cū ipo medio qa ſimul ꝑcutiunt̄ cli/
peus & clipeatus.

Senſibile poſitū ſupra ſenſū nō cauſat ſenſationē allegat̄ quia tangibile poſitum
ſupra carnē facit ſenſationē ergo caro nō eſt organū tactus.

Sine dubio caro mediū eſt in tactu. qa neruus ſub carne eſt organū tactus.

Sētire ē qđdā pati. om̄e paſſū tale ē potēcia q̄le ē agēs actu. qa ſimile calidū aut
frigidū aut durū aut molle nō ſētim⁹ ſʒ exuperatōes qa ſēſ⁹ ē q̄ſi mediocritas cōtrarietatū



Mediū extremoꝝ eſt iudex. & mediū cōpatū ad alteꝝ extrēoꝝ fit vtrūq; ex/
tremū ut tepiditas compata ad frigiditatē habet rōem calidi.

Sēſus p̄t recipe foras ſēſibiles ſine materia ſicut cera ſuſcipit formā anuli ſine auro

Senſibiliū exuperatiōes ſenſuū inſtrumenta corrūpunt. (qb⁹ ſūt ipa.

Neq; lumē & tenebre neq; ſonus neq; odor in corpe q̄cq̄ agit ſed ea nimiꝝ in

Nō poteſt eſſe alius ſenſus ab his quinq; viſu auditu olfactu guſtu & tactu:
quia nullum ſenſoriū nobis deeſt.

Pupilla eſt ex aqua auditus ex aere. olfactus ex hoꝝ altero cōſtat ignis nulli⁹
ſenſus inſtrumentū eſt ſed cōis omniū eſt.

Talpa ſub cute oculos habere videtur.

Motū quietē figurā magnitudinē nūeꝝ ab vnoquoq; ſenſu ꝑ accn̄s ſentim⁹.

Cū em̄ ſentiamus nobis uidere & audire neceſſe eſt ponere aliū ſenſū preter
hos quinq; alioquin in infinitū fiet abicio.

Semotis ſenſibilibus ipis inſunt in ſenſuū inſtrumētis imaginationes vult ꝓ/
bare ꝙ ſenſus interiores ſūt ponēdi qb⁹ ſenſibilia. abſentia cognoſcūt̄. (ſed ī ſenſitio.

Actio & paſſio nō in agēte ſūt ſed in eo qđ patit̄ qa ſenſibilis actio nō ē ī ſenſibili

Vnus ē actus rei ſenſibilis & ſenſitiui qa ex obiecto & potēcia fit unū q̄uis diuerſas
habeant rationes.

Senſus cōis eſt potencia anīe qua diſcernimus ſenſibilia diuerſoꝝ ſenſuū in
eodē tempore ſicut albū & dulce in lacte.

Impoſſibile ē ut idē in indiuiſibili tpe cōtrariis motib⁹ moueat̄ debet ītelligi
ꝙ ſenſus cōis in indiuiſibili tpe cōtraria diſcernit ut vnū ſūt & nō ut duo.

Senſus proprioꝝ ſenſuū ſemꝑ eſt verus & vniuerſis anīalibus ineſt.

Imaginatio eſt diuerſa a ſenſu menteq;.

Fides omnē opionē ſequit̄. ꝑſuaſio fidē. ratio perſuaſionem.

Sēſus iudicat ſolē eſſe pedalis figure ꝑſuaſio vero terra ipm̄ eſſe lōge maiorē
quia ſenſus ſepe falſe iudicat opinio. & ratio uero non.

Cū viſus maxīe ſit ſenſus hic ē ꝙ nomē imaginatio ab ipo lumīe phātaſia dr̄
a phos quod eſt lumen uel viſio.

Beſtiæ atq; hoīes multa opant̄ ſecundū phantaſiā qa ſenſus actu mouet appetitū
ī p̄ſentia ſenſibilis ſed phātaſia mouet appetitū ī abſentia ſenſibilis ſʒ ex motōe appetitus
anīalia agūt & paciūt̄. (ex paſſiōe uel egritudīe ex cōſequēti impedit̄ intellectus.

Mēs ꝑturbatiōe nōnūq̄ verbo vel morbo vel ſōno ſubmergit̄ qa īpedito ſenſu

## In Tercium Librum de Anima Prefatio.

Altius in ſpeculū mētis ſua lumia tollit
Naturæ penetrans abdita Ariſtoteles
Quæ latuere prius lōgis incognita ſeclis
Hoc venient nobis diſcutienda libro
In primis qua parte ſapit mēs ac ſpeculat̄
Suffultus miro diſſerit ingenio
Vis anīæ potior nullis obnoxia fatis
Scinditur in geminas iure ſuopte vias
Vna poteſtatis virtus alia eſt operantis
Hæc fingit ſpeties: iſta recondit eas
Inde notat quæ in regno anīæ ſubſellia prima
Imperiūq; ſua nobilitate tenet
Munia nectentur ſimul occurrētia ſpectra
Quæ vires propria conditiōe mouent
His quoq; ſubicitur motrix: genuina cupido
Obtinet extremū dexteritate locū.

# Incipit Liber Tercius de Anima Ariſtotelis.

DE animæ aūt ea ꝑte qua cognoſcit atq; ſapit ſiue ſit ſeꝑabilis ſiue non
ſeꝑabilis magnitudine ſed rōe Cōſiderādū deiceps ē quā drn̄tiā habet
quoq; pacto tādem fit intelligere Si igit̄ ipm intelligere ſit ut ſentire aut pati
qđdā erit ab ipo intelligibili aut aliqd aliud tale . Vacare igit̄ ipa paſſiōe ſed
forme ſuſceptiuā eſſe oportet & potēcia talē Sed non illā eſſe & ſimilitudinē
ſubire cū ſenſu : ut quēadmodū ſeſe habet ad ſenſibilia ſenſus ſic ſeſe habet
ad intelligibilia intellectus Quare neceſſe ē ipm cū vniuerſa intelligat non
mixtū eſſe ſicut Anaxagoras dixit ut ſuperet atq; vincat .i. ut cognoſcat atq;
ꝑcipiat Alienū nāq; cū appetet iuxta ꝓhibet atq; ſeiūgit. Quo fit ut neq; vlla
ſit ipius natura niſi ea ſolū qua poſſibilis ē. Is igit̄ q intellectus aniæ nūcupat̄
dico aūt nunc eſt quo raciocinat̄ ania & exiſtimat nihil eſt actu prorſus eoꝝ:
quæ ſunt antea q̄ intelligat ipſe .

In hoc tercio libro Ariſtoteles determinat de potēciis imaterialibꝰ motiuis & appetiti
uis Et primo de intellectu poſſibili inſuꝑ de intellectu agēte. poſtremo uero de potēciis
motiuis & appetitiuis Dicens de ꝑte anie qua cognoſcimus contēplamur & cōſultamꝰ.
ſiue ſeꝑabilis ſit loco aut rōe in hoc libro diſquiſite ac diligēter cōſiderandū eſt Plato em̄
poteſtates & actiōes aie. diuerſa priū corpis intercapedine diſpoſcit atq; loco & ſubiecto
diſcluſit. ut rōem in arce capitis. irā in domicilio cordis cupiditatē ſiue appetitū in epate
collocauit. Deinceps quā drn̄tiam intellectus cū reliquis potēciis habeat preſertim cum
imaginatione. Intelligere eni fit ut ſentire qa ſicut ſenſus motus a ſenſibili patit̄ ab ipo ita
intellectus motus ab intelgibili patit̄ ab ipo. Paſſionē eni intellectꝰ accipit aut aliqđ ſimi
le paſſioni quēadmodū de ſenſu diximꝰ At uerius dixerimꝰ intellectū ꝑfici q̄ pati quotiēs
de potētia in actū effert̄ Intellectū ſiquidē de poña ad actū cōmeare nihil apertiꝰ Quare
hoc argumēto intellectū merito potētiā applelamꝰ. nec de actu in actum migraret niſi ei
ſubeſſet poña. Preterea neceſſe ē ut illā peculiarē formā obtineat q̄ oīm formaꝝ capax ſit
& quāuis poteſtate uniuerſa intelligat nō tn̄ ſimpliciter oīa fit ſed ut ſenſus ſe ad ſēſibilia
ita ſe habet ad intelligibilia intellectꝰ & ſic ſenſus nihil ē actu eoꝝ que ſentiūt̄ ita itellectꝰ
nihil actu eoꝝ ē que itelligūt̄ Neceſſe ē igit̄ itellectū ſimplicē eſſe & nō mixtū ut Empedo
cles ſōniauit ſed ſicut Anaxagores de itellectu uidet̄ ſenſiſſe quia poſuit itellectū eſſe prin
cipiū tociꝰ motꝰ & ſuo imperio oībus ꝑciperet ſi aūt ꝯſet mixtꝰ ex naturis corpalium uel
haberet aliquā eoꝝ determiate tūc nō poſſet oīa ſuo impio mouere quia determiaret̄ ad
unū quare itellectꝰ cū oīa poña itelligat nihil eoꝝ ē actu prorſus ſicut pupilla que ē in po
tētia ad colorē oī colore actu uacat nā intꝰ exiſtēs ꝓhibet extraneū ſicut lingua febritātis
que intꝰ humorē habet amaꝝ alioꝝ ſapoꝝ nullū diſcrimē aut iuditiū habere queat

Quo circa neq; cū corpe mixtū ipm eſſe cōſentaneū eſt rōne qualis em̄ qdā
fieret calidus aut frigidus & inſtrumētū ipius eſſet ꝑfecto ſicut eſt ſenſus nūc
aūt ipius nullū prorſus ē inſtrumētū Atq; bene recteq; cēſent q formaꝝ locū
aniam inquiūt eſſe Attamē neq; tota eſt locus: ſed intellectiua neq; ē actu ſed
potēcia forme. Atqui paſſiōis vacuitatē nō ſimilē eſſe ſenſitiui atq; itellectiui
patet i ſenſuū inſtrumētis atq; ipo ſenſu Senſus em̄ ex vehemēti ſenſibili ſen
tire nō pōt. Auditus nāq; nō audit ſonū poſt magnos ſonos: & viſus nō ui/
det. neq; odoratus olfacit poſt uehemētes colores & odores At itellectus ali
quo valde intelligibili intellecto nō minus ſane ſed magis ꝑcipit intelligitq;
inferiora . Senſitiuū enim non eſt ſine corpore . at intellectus ab eodem eſt
ſeꝑabilis .



Dicit ꝙ itellectꝰ nō eſt poña organica ſicut ſenſus quia corpi admiſceri nō pōt nec utitur
corpi ut iſtrumēto alioqui afficeret̄ qualitatibꝰ calidi & frigidi nec oīa corpalia poteret in
telligere igit̄ nullū prorſus habet organū At bn̄ dicebāt ātiqui aīam eſſe locū ſpetieꝝ itel
ligibiliū. nō tn̄ quelibet aīa ſed ſolū humana nō tn̄ ſecūdū oēs eiꝰ poñas ſed ſolū in ꝑte in
tellectiua que organū nō habet nec actu habet illas ſpēs ſed ſolū poña. tūc ibi (atqui paſſi
onis) inquit paſſionē ipiꝰ intellectꝰ nō eſſe ſimilē paſſioni ſenſitiue Nā paſſio ſenſus ē cor
ruptiua quia obleſionē illi affert uehemēs ſenſile nāq; auditus pꝰ ingētes ſtrepitus ueluti
paſſione quapiā obrutꝰ hebetiorē nō ꝑcipit ſonitū & oculos nimia claritudine affectꝰ nō
videt ceteriq; ſenſus maiori vi obſeſſi & occupati nouū hoſpitē nō admittūt ſed excludūt
At contra paſſio intellectus eſt ꝑfectiua quia a ſpēbus nullū detrimentū accipit ſed ſi ex/
cellentius ſpeculatus eſt nō ideo minus aut deterius inferiora agnoſcit ſed ꝑſpicatius ac
melius ea intelligit & ꝑinde quaſi exercitatus promptior atq; expeditior in delegata ſibi
actiōe hebetiora intelligibilia ꝑcipit quare fit ut ſenſus a corpe abſolui nō poſſit nec exer
cere ſuā opationē ſine corpis cōmunione. Intellectus ab omi corpe abiunctus & ſeꝑabi/
lis eſt. quare recte autumāt qui animā locū & receptaculū ſpetieꝝ dixere. ſed nō is locus
ſignificat̄ qui nos ambiat ſed ex quadā tranſlatione.

Factus aūt vnūqđq; perinde atq; is qui dicitur actu ſciēs qđ quidē tamē acci
dit cū ipſe per ſeipm operari poteſt eſt quidē & tunc quoddāmō potēcia ſed
non perinde ut erat antea q̄ didiciſſet atq; inueniſſet atq; tunc ſeipm etiam in
telligere poteſt.

Hic phūs oſtendit qūo fit itellectꝰ in actu dicens ꝙ intellectus potencialis fit vnūqđq; qn̄
actu recipit ſpēs rerū intelligibiliū quia tunc pōt operari per ſeipm ſicut ſciens eſt in actu
& in potencia reſpectu diuerſoꝝ. eſt em̄ in actu per ſciam. in potencia uero ad opationē
Ita pariformiter intellectus ſpetie intelligibili impregnatus eſt in actu primo & in poten
cia ad actū ſecundū ꝑſpeculationē & actualem intelligentiā. Præterea ex dictis liquet in/
tellectū paruuloꝝ omniū ſpetieꝝ expertē eſſe in potēcia ſimpliciter ut inſcius qui nulla
ſcientia imbutus eſt. Plane intellectus ſpetie intelligibili onuſtus. partim in actu. partim
in potencia eſt quom em̄ intellectus intelligendaꝝ ſpēꝝ habitu preditus ē. ſeſe quoq; in/
telligendi facultatē habebit ſed per accn̄s ea de cauſa qđ intellectui accidit ut quom intel
ligit illud ꝑcedenter fiat qđ ſeipm ex cōſequenti intelliget.

## De Obiecto intellectus.

Cum autē aliud ſit magnitudo. aliud magnitudinis eſſe. & aliud aqua. aliud
aque eſſe. & in aliis itidem multis nō em̄ vniuerſis hic modus accomodatur
Sed ſunt in quibus hec ipſa ſunt eadē nō diuerſa aut alia ſane : aut ꝑte quidē
eadē ſed aliter ſe habente carnē & eſſe carnis diſcernit Caro nāq; non eſt ſine
materia ſed perinde atq; ſimū hoc eſt in hoc. Senſitiua igitur parte calidum
diſcernit & frigidū. quoꝝ quedam eſt ratio caro. alia uero eſſe carnis diſcer/
nit aut ſeperabili aut ſeſe habente ad ſe ipam proinde atq; ſeſe habet cū extē/
ſa fuerit linea flexa.

Inquirit obiectum intellectus dicens in omnibus habētibus formā in materia aliud
eſt eſſentia & res habens eſſentiā Nam eſſentia ſiue natura ſpecifica ineſt multis indiui/
duis que inter ſe diſcrimen habent ſecundū principia indiuiduantia. Natura enim ſpeci/
fica in qua omnia indiuidua cōueniunt indiuiduat̄ per materiā quare cōtingit aliud eſſe
rem indiuiduam & aliud eſſentiam & itidem in multis aliis contingit videlicet in mathe
maticis & naturalibus nam magnitudo eſt quoddā mathematicū. Aqua uero naturale
magnitudo em̄ & aqua ex materia & forma cōcreta vſurpant̄ & apprehēdunt̄ ſenſu: eſſen
tia uero intellectu apphēdit̄. Pari pacto ſentiēdū ē de artificialibꝰ qa aliud ſtatua. aliđ eſſē
tia ſtatue. domus eſt figura cū lateribꝰ lignis tegulis. eſſentia uero foꝛa ipſa ſicut ſtatua ē
figura cū ere. eſſentia ſtatue ē foꝛa vel ſpēs eiꝰ. Sed hic modꝰ nō vniuerſis accomodabit̄.

quia in ſepatis a materia idē eſt res & eſſentia eius ut in intelligentiis in quib⁹ nihil poteſt eſſe pter eſſentiā eo ꝙ forma ē tota eſſentia Quāobrē in his nō pn̄t eſſe plura indiuidua ſub una ſpē. Ratio em̄ ꝓpter quā ſunt & forma ꝑ quā ſunt. a natura eoꝝ nihil diſcrepāt. Aut igiť ania cognoſcit carnē & carnis eſſe diuerſis potēciis. aut eadē potēcia aliter ſe ha/bēte. liquet carnē nō eſſe ſine determiata materia ſenſibili. ſicut ſimū hoc ē in hoc naſo & ſi hoc frigidū aut calidū in hac materia ſcrutaris ſufficit ſola vis ſenſitiua & pcipue eius comes imaginatio Si uero eſſentiā ipām aut aque aut carnis exploras alia facultas anie ad/hibēda eſt ut eſt intellectus. qui & alio⁹ ſe habēs utrūq; apprehendit queādmodū vna po tēcia albū a dulci diſcriminat. ita neceſſario oportet unā eſſe vim animi que iudicet aliud eſſe ipās res aliud reꝝ eſſentias ut ē ratio ſiue intellectus qui utrūq; cognoſcit aliter & aliter ſe hn̄s Quia qn̄ cōparat vl'e ad ſinglare & drn̄tias eoꝝ diſcernit tūc cognoſcēdo ſin/gulare reflectit ſe ad phātaſmata qa nemo pōt drn̄am ſcire dulcis & albi niſi eſſet una po/tēcia cōis que utrūq; ſimul cognoſceret Sed qn̄ intellectus cognoſcit eſſentiā ſiue meras formas tūc nullas ſuppetias imaginatiōis aut phantaſie requirit Præterea ſimilis reb⁹ fit ꝗs cognoſcit. ſi ſimplices ſimplex ſi cōpoſitas cōpoſitus & ꝓinde ſe habet itellect⁹ ſicut linea recta qn̄ meras eſſētias cognoſcit & ſicut linea curua ſiue rflexa qn̄ ſinglaria apphēdit

Rurſus in his & quæ in abſtractiōe cōſiſtūt eadē eſſe uident. rectū em̄ ſe ha/bet ut ſimū eſt em̄ ipm cū cōtinuo ſemp. qđ ſi quiditas ſit diuerſa. aliud ꝓfecto eſſe recti aliud eſt ipm rectū ut ibi Sit em̄ dualitas Quare fit ut hæc etiā alia uel alio mō ſeſe hn̄te pte diſcernat Oīno igiť ut res ſepabiles ſunt a materia ſic ſeſe habent & ea que ſunt circa intellectū ipm.

Dicit ꝙ videť in his que ꝑ ſequeſtrationē a materia diffiniūť ut ī mathematicis figuris. natura & ſuppoſitū idē eſſe ſicut in ſubſtātiis ſepatis. quare dicit Ariſto: licet mathema/ticalia ſepata ſint a materia ſenſibili nō tn̄ ab om̄i materia eſt em̄ aliud rectū & aliud recti eſſentia Nā rectū ſine cōtinuo eſſe non pōt queādmodū nec ſimus ſine naſo. nec valgus ſiue ſuris pterea cōtinuitas rectitudini ut ſubiectū accidenti ſubiciť Sed in hoc diſcrimen hn̄t qa ſimū certā materiā videlicet naſū requirit. rectū vero nō Quiditas em̄ lineæ recte (iuxta ſentēciā Platōis) ē dualitas. opiabať em̄ nūeros eē ꝗdditates reꝝ mathematicaliū.

**Queritur** An natura ſiue eſſentia & ſuppoſitū ſint vnū ens Rn̄deť ꝙ ſuppoſitū & natura biſariā dicunť. Vno⁹ ut referunť ad potēcias cognitiuas ꝓ ut natura dicit formā ſiue ſpēm: & ſuppoſitū naturā in determiata materia & hoc mō non idē ſūt qa natura ꝑ itellectū. ſuppoſitū uero ꝑ ſenſū apprehēdiť ſecus ē in imaterialib⁹. Alio⁹ accipiunť abſolute & hoc mō cōſiderant duplicter. Vno⁹ ut in pdicamēto ſubſtācie col/locāť oibus accn̄tib⁹ ſecluſis que eis accidūt & ſic ſunt idē re ſed differūt rōe. Alio⁹ conſiderātur cū incluſiōe accidentiū & hoc mō nō ſūt idē nec re nec rōne eo ꝙ multa accn̄tia ſequūtur ſuppoſitū tā materiale ꝗ imateriale ꝗ nature nō coueniūt.

*Scire uolens uerbi quæ ſit generatio mentis*
Quid ſpeties: quid imago rei: quo ſemine prolem
Suſcitet intellectus agens mirabile dictu
Quis liquet interior rerum cognitio tota
Totaq; perficitur preclara ſcientia mundi
Hæc ſuccincta tibi monſtrabunt carmina lector
Ceu patris informem deciſa potencia maſſam
Segregat atq; fouet: prolem quoq; ſuſcitat aluo.
Sic parit intellectus agens vis intima verbum
Putrificando rudi trahit a phantaſmate fœtum
Quo tumet altera vis ſpetiem quoq; concipit aluo
Parturit hinc uerbum genitrix uelut embro prolem.

**Queritur** Quid ſit ſpēs reꝝ intelligibiliū & quomō formeť in nobis Rn̄deť qđ eſt forma ſiue habitus de prima ſpetie qualitatis qua res intelligiť. virtute luminis intellectus agētis cauſata ꝑ abſtractionē a phātaſmate. eſt em̄ forma quia intellectus poſſibilis per ſpetiem fit in actu qua res actu intelligitur propter uerbum mentale quia uerbum non eſt id quo res intelligitur ſed eſt illud in quo res intelligitur eo ꝙ intel/lectus in uerbo formato uidet naturam rei intellecte ut inquit Beatus Thomas de ver/bo intelligibili Et gn̄atur in nobis ad inſtar naturalis gn̄ationis Nam quemadmodum in generatiōe phiſica cōcurrit pater adminiſtrans uirtutē formatiuam qua embrio in vtero



materno diſponiť ad ꝓductionē ꝓlis ſicut in nr̄a intellectiōe (que ē quedā ſpiritualis generatio) concurrūt phātaſmata ad inſtar materie ſeu ſeminis deciſi a re ad extra. Deinde cōcurrit intellectus agens tanꝗ pater qui aptat & purificat illa phantaſmata abſtrahendo ſpēm intelligibilē & pſentando illā intellectui poſſibili qua poſſibilis intellectus tāꝗ fetu impregnatus ꝓducit uerbū tanꝗ ꝓlem mētis in quo res actu intelligiť quare phantaſma habet ſe ut materia rudis & informis in vtero materno qua excudiť ſpēs. i. intellect⁹ agēs ut uirtus formatiua patris materiā rudē hoc eſt phātaſma habilitat eliciendo ſpēm intelligibilē. ſpēs ergo ſe ut fetus ad embrionē ꝓporcionabiliter habet ad intellectū poſſibilem qui mulieris impregnate uicē ſubit. verbū tāꝗ ꝓlem mētis gignens. Hec ē quedā manu/ductio ſimilitudinaria qua coaſſurgere poſſumus in noticiā uerbi & ſpēi intelligibilis & qūo in nobis formenť licet nō ꝓprie gn̄etur uerbū ſed ꝓcedat Nec eſt eiuſdē nature cū eo a quo ꝓcedit nec eſt ꝑ ſe ſubſiſtens ut inquit B. Tho. in metaphoricis locutionibus non oportet attēdere ſimilitudinē quātū ad oīa alioqui nō eſſet ſimilitudo ſed reꝝ idēptitas.

